Paragraphe. Pag.
XX Pulveres. 15. ♀. Species.
XI Crusphe. 24.
2. Boli. 30.
3. Electuaria. 33.
4. Pilulae. 44.
5. Trochiscij. 58 ~~[illegible]~~ & Morsellae
6. Rotulae. 65.
7. Morselli. 71. Tabulae.
8. Linimenta. 77. Unguenta. Balsama.
9. Emplastra. 89. Cerota.
0. Potiones. 103. Haustuli. Mixturae. &c:
1. Infusiones 1[illegible]1. vina medicata. &c.
2. Decocta 123.
3. Clysteres 131. {Gargarism., Cataplasm. Pediluvia. Balnea. &c:
4. Inlapia 140
5. Emulsiones. 149. &c.
6. Clareta. 157. {Collyria. Suppositoria. mixturae Contractiones &c.

DEO
ET
PROXIMO.

α. ω.

QVanqvam in Medicina plus qvam verum ſit: *Neminem poſſe bene & feliciter curare, niſi qui paucis, & quidem ſimplicibus utatur medicamentis, iisq; ſe aſſvefaciat*; Non tamen ſemper hæc ſimplicia ſufficiunt, ut, vel citra voluntatem, ad eorundem compoſitionem devenire cogatur Medicus.

II.

Poſtqvam vero, divortio qvaſi facto, nonnullæ partes Medicinæ Medicorum miniſtris, puta Pharmacopœis & Chirurgis, traditæ ſunt, tanto magis medicæ praxeos initiatis expedit, præſertim in compoſitione & præſcriptione Medicamentorum mature & probe ſe exercere, ut ultra miniſtrorum ſortem ſapiant, eosqve neſcientes corrigere, & meliora docere qveant.

III.

Præſertim vero, qvia hodie in plerisqve civitatibus Pharmacopolia ſunt privilegiata, adeo, ut

non cuivis Medico licitum ſit, propria manu ſua di- ſpenſare Medicamenta. Hinc deprehendas interdum Pharmacopœorum famulos, in freqventatis plerumqve officinis, qvi, in concinnandis Remediorum Formulis, naturalis judicii & diuturnioris exercitii beneficio, talem ſibi compararunt promptitudinem, ut de inſulſis alicujus formulæ erroribus, rationi ſat convenienter, judicare qveant, imo ſæpe talia ferant judicia, qvæ Medici Autoritatem haud parum conculcant.

IV.

Qvare ante omnia tam Chymicarum operationum ſcientia, qvam Medicamentorum notitia & cognitione inſtructiſſimus ſit oportet Tyro praxeos Medicæ, ſi temerariam carpendi libidinem effugere, & elegantem qvandam Formulam conſcribere allaborat.

V.

Præſcribimus vero in univerſum Medicamenta, formula modo ſimplici, modo compoſita, in illa unicum tantum, in hac vero uno plura recipimus ingredientia. Utraqve attentionem Medici reqvirit, ne peccet aut in exceſſu, aut in defectu; E. G. *in Formula ſimplici errare poteſt tam in defectu, qvam in exceſſu:*

℞. Balſam. Sulphur. aniſat. unc. 1. d. ad Vitr. S. Bruſtlöſender Balſam/ auff etliche mahl/ jeden Morgen 3. Tropffen zu nehmen.

Vel:

℞. Ungvent. popul. Drachm. 1.
D. ad fictil. S.

Erwei-

Erweichende Salbe den gantzen Unterleib darmit öffters zu streichen.

Vel:

℞. Specific. cephal. Mich. Scrup. sem.
Pulv. Marchion. rubr. gr. vj.
Margarit. præp. gr. iij.
Lap. Bez. or. gr. j. M. D. ad scat. S.

Pulver/ davon alle Morgen und Abende/ jedesmahl 1. Messerspitze voll zu gebrauchen.

Vel:

℞. Ol. Nuc. Mosch. express. drachm. ij. D. S.

Magenstärckendes Oel/ wovon jedesmahl 6. Tropffen zu gebrauchen.

VI.

Pari modo facilis est *lapsus in Formula composita*, qvando e. g. Mixturæ diffusiores, sive potiones cochleatim assumendæ, ordinantur ad unc. j. & unc. sem; aut Julapia refrigerantia in Febb. ardentibus ad unc. ij. aut pulveres ex vegetabilibus. e. g. ad cochlearia aliqvot; *Ex. Gr. Errat qvis in his seqventis compositionis compositis, tam in excessu, qvam in defectu:*

℞. Lumbric. terrestr. drachm. ij.
fol. salv. drachm. j.
oc. cancr. præpr. drach. jß.
ol. aneth. gutt. v. M. D. ad Chart. S.

Pulver auff 4. mahl zu gebrauchen.

Vel:

℞. Aqv. scabios. drachm. vj.
Antim. Diaphor. Scrup. j.
Sal. volat. C. C. gr. iij.

Spir. ſambuc.
Aqv. cinnamom. an. drachm. j.
M. D. S. Schweißtreibender Tranck/ wovon alle Stunden/ 1. Löffel voll.

VII.

Ut igitur Formula compoſita, concinna & „elegans ſit, obſervari debent ſeqq. (1.) Qvantitas „totius compoſiti, qvod reſultat ex combinatione „ingredientium; (2.) Qvantitas ſingulorum in- „gredientium, ſive proportio eorum ingredienti- „um ad ſe invicem; (3.) Ingredientium Ordo; „(4.) Numerus; & (5.) Qvæ ex his emergunt „qvalitates ſenſibiles, ut ſunt: *Color, Odor, Sapor,* „*Conſiſtentia, &c.* Ut vero ſperatum ſortiatur effe- „ctum, notanda præterea in ægro, morborum tem- „pora, vires, ætas, ſexus, temperamentum, &c. „qvippe qvæ omnium tam ingredientia, qvam eo- „rum doſin plurimum variant, & variari poſtulant.

IIX.

Qvantitas totius compoſiti infra circa ſingulas formularum ſpecies annotabitur. Ingredientium vero qvantitas proportionalis optime dijudicabitur, ſi prius cognita ſit eorundem *doſis abſoluta, infima, media, & ſumma,* tam in purgationibus, qvam vomitoriis, & alterantibus.

TABULA de DOSIBUS MEDICAMENTORUM in GENERE:

Primo: Ab unc. j. ad unc. ij. vel unc. iij. præſcribuntur: Aqvæ deſtillatæ ſimplices, (2.) Speci-

es

es pro decoctis, (3.) Fructus majores, *uſitatius tamen, vel ad numeros, vel ad paria.*

Secundo: Ab unc. ſem. ad drachm. vj. vel unc. j. (1.) aceta infuſa, *plerumq; pro uſu externo*, (2.) Aqv. compoſitæ cum vino, (3.) Electuaria lenitiva, (4.) Olea cocta, infuſa, & expreſſa viliora, (5.) Sapæ, (6.) Sirupi, (7.) Succi, (8.) Lixivia, (9.) Lohoch, (10.) Gelatinæ.

Tertio: a drach. ij. unc. ſem. ad unc. j. [1.] Conſervæ, [2.] Condita, [3.] Electuaria purgantia, [4.] Ligna in decoctis, [5.] Radices in Infuſis & Decoctis, [6.] Species externæ, [7.] Folia, ſive Herbæ, *qvæ qvidem plerumq; ad manipulos præſcribuntur, manipula una tamen æqviparatur unc. ſem. præterpropter*, [8.] Fructus minores in Decoctis, vel Infuſis, *E. G. paſſulæ minores, &c.*

Qvarto: a drachm. j. drachm. ij. ad unc. ſem. [1.] Aqv. ſpirituoſæ, [2.] Cortices in infuſis, [3.] Rob, [4.] Tincturæ dilutiores, [5.] Electuaria alterantia, [6.] Flores pretioſiores, & Summitates, *hæ qvidem* præſcribuntur ad pugillos, qvorum unus æqvivalet circiter drachm. j.

Qvinto: a drachm. j. Scrup. iiij. ad drachm. ij. [1.] Herbæ in pulveribus, [2.] Olea expreſſa pretioſiora.

Sexto: a drachm. ß. Scrup. ij. ad drachm. j. [1.] Spiritus vegetabiles, it. Spiritus animales c. vino vel c. Spir. vin. [2.] Extracta alterantia, [3.] Lapides non pretioſi, [4.] Radices, Cortices, & Ligna in pulveribus, [5.] pulveres, &

Species alterantes, (6.) Semina aromatica, (7. Trochiſci alterantes, (8.) Fœculæ.

Septimo: a Scrup. ſem. ſcrup. 1. ad drachm. j. (1. Extracta purgantia, (2.) Maſſæ pilulares, (3. Præparata, *E. G. oc. cancr. Corallia, &c. it. Pulveres* Bezoardici, & purgantes, (4.) Reſinæ non purgantes, (5.) Salia, lixivia fixa. (6.) Salia, coagulata, (7.) Spiritus per ſe deſtill. (8.) Spiritus minerales medii, ſive ſaturati, (9.) Terræ, (10.) Tincturæ ſaturatiores, (11.) Elixiria, Eſſentiæ & Mixturæ contractiores.

Octavo: a gran. v. ſcrup. ſem. ad ſcrup. j. (1.) Flores Chymici, (2.) Liqvores acidi dulcificati minerales, (3.) Pulveres Chymici. (4.) Elæoſacchara, (5.) Salia volatilia improprie dicta, (6.) Magiſteria alterantia.

Nono: a. gran. iij. gr. v. ad Scrup. ß. (1.) Magiſteria purgantia & anodyna, it. Extracta reſinoſa purgantia, (2.) Salia volatilia, (3.) Olea deſtillata aromatica, *horum guttula una æqviparatur grano uno*, (4.) Spiritus minerales acidi, (5.) Eſſentiæ pretioſæ; huc etiam pertinent lapides pretioſi.

Decimo: a gran. j. ad gr. ij. vel gr. iij. (1.) Pulveres emetic. Antimoniales & Mercuriales (2.) Laudana opiata, it. Trochiſci, alhandal pro ſtimulo in Purgantibus.

NOTA: Ordo poſtulat, ut major doſis præcedat minorem: proptereaqve radices, folia, ligna, &c. qvod majori qvantitate, h. e. ad

uncias,

uncias, vel manipulos præſcribuntur, præcedunt flores, ſummitates, ſemina, &c. qvæ minori pondere, i. e. ad pugillos & drachmas, recipiuntur; Eod. ordine Compoſita etiam præſcribuntur, qvo ſimplicia.

IX.

Non temere conſarcinanda qvælibet, ne ſesqvipedali formula dubium ſuum animum, tam de morbo, qvam remediorum virtute, & operandi modo prodat Medicus. Neqve vero etiam ſimplici ſemper formula uti, aut poſſibile, aut conſultum, illud ſymptomatum diverſorum varia ſyndrome; hoc ars, ne ſemidoctis naſutulis temere propaletur, prohibet.

X.

Licet qvorundam delicatulorum (qvorum guſtus adeo tener eſt, ut qvævis, alias non ingrata, Medicamenta abhorreat,) deſiderio non ſemper ſatisfacere poſſit Medicus, exhibendo inſipida Medicamenta: poteſt tamen interdum ægris gratificari, illorumqve palato adblandiri: (1.) Reſpiciendo ad peculiarem cujuscunqve idioſyncraſiam, qva alias non poſſunt ferre amara, alii dulcia, hi abhorrent acida, qvæ plerisqve arrident, illi contrariis delectantur; qværendum igitur ex ægris: Qvemnam ſaporem plerumqve expetant? (2.) Cavendo, ne temere qvævis commiſceat, uti Coqvus confundit jura, e. g. acida cum amaris, dulcia cum ſalſis, alcalia cum acidis, &c. ex horum enim improvida miſcela ſæpius nauſeoſus, qvin etiam cauſticus emergit ſapor; ſic terræ bolares ab ad-

mixtis acidis aluminoſum ſaporem & effectum ſortiuntur; Eadem Acida, uti plurimis gratiam, ſic teſtaceis inſipidis copulata, ſalſum, imo haud raro nauſeabundum conciliant ſaporem.

XI.

Color potiſſimum in liqvidis formulis qvam maxime commendat Medicamentum, adeo, ut facilius ab ægris aſſumantur, & per conſeqvens felicius operentur, qvam ſi prius ex tetro aſpectu horrorem concipiant ægri, ſic eſſentiæ reſinoſæ in potionibus colorem ſuum rubineum mutant in lividum ſive turbidum; Elixier proprietatis cum Spir. Sal. armeniac. copulatum, ingrati aſpectus præcipitationem init. In ſpecie attendendus color, ſi qvis eſt formulæ proprius, e. g. in Emulſionibus lacteus & albicans, in Julapio & Tincturis plerumqve rubeus & cœruleus, &c.

XII.

De *Odore* idem valet qvod de *Sapore*; Qvæ nullum, aut ſaltim levem habent odorem, præferenda reliqvis ingratis, aut maxime fœtidis, præſertim, ſi aliis idem poteſt obtineri effectus. Turpe igitur ſibi ducat Medicus, exhibere hodienum, cum Xenocrate, in præſervanda peſte, ſtercus humanum, vel, in hæmorrhagiis narium, ſtercus ſuillum, in ſyncopticorum & hyſtericarum paroxyſmis, capillos, ſive plumas perdicum accenſas, aut aſam fœtidiſſimam, &c. cum plurima alia æqve valida, & minus horrida, copioſe ſuppeditet materia medica. Svavia Spiritibus noſtris ſunt acceptiſſima, &

præ-

præcipue eligenda, *niſi probibeantur ab idioſyncraſiis, in Sexu præſertim ſeqviori.*

XIII.

Senſûs *Auditus* circa formulas nullam ſibi vendicat notam:

Bene tamen, & ultimo loco, Senſus *Tactus.* Hic enim, uti de convenienti compoſiti Medicamenti conſiſtentia judicat, e. gr. in ſolidis & mediis, ita reſpicit non ſolum ingredientium numerum, ſed & doſin eorundem reſpectivam, ſive proportionem ad ſe invicem. Si igitur, v. g. emplaſtra, ungventa, linimenta, &c., non nimis mollia aut dura eſſe debent, excipiens, e. g. cera, ad reliqvorum ingredientium proportionem accommodandum. Præter hæc etiam exulare debent omnia, qvæ mixti compagem deſtruere qvodammodo poſſunt; Sic ſalia alcalica fixa abſint a pillulis ad plures doſes ordinatis, it. ab electuariis, qvæ recipiunt acidula: in iis enim humidiori aëre ſolvuntur per deliqvium, in his vero fermentando colliqvationem cauſantur, & utrobiqve conſiſtentiam invertunt.

XIV.

Solent communiter Autores inculcare partes, ex qvibus conſtruuntur Formulæ, ita ut alia ſit (1) *Baſis*, ceu primaria compoſiti pars, qvæ ſatisfacit indicationi, & opponitur cauſæ morbificæ, aut maxime urgenti ſymptomati, hincqve ſōla propter curationem expetitur, propter hanc vero reliqvæ, uti ſunt (2.) *Adjuvans* & *Corrigens*, qvorum illud Baſeos inertiam ſublevet ſtimulando,

lando, hoc vero ejusd. vehementiam refrenet & compescat. (3.) *Dirigens*, ob specificam convenientiam cum parte affecta, ratione Archei, sive Ætheris specificati insiti, vires medicamentosas basec eo dirigens & deferens, (4.) *Excipiens*, sive *Vehiculum*, qvod externam formam & consistentiam largitur Medicamento.

XV.

Hasce qvatuor partes tamen non semper in qvavis formula reqviri, sufficienter probat Formulä simplex, qvippe qva haud raro pluribus indicationibus satisfacere possumus: *Ex. Gr. in scabie Antimonium diaphoreticum qvotidie ad scrup. j. vel cuspid. cultri assumptum, tam humores vitiosos corrigit, qvam per sudorem expellit, exanthemata exarescere & defluere facit.*

XVI.

Basin, qvi aliam faciunt simplicem, aliam compositam, entia multiplicant præter necessitatem; Est tamen semper in formula composita necessaria hæc pars. *Adjuvantia* in purgantibus potius, qvam alterantibus adduntur, hincqve in iis propriè vocantur *stimulantia*. *Corrigentia*, si latè sumuntur, qvatenus versantur circa saporem ingratiorem temperandum, &c. admittimus; vix autem, si stricto sensu accipiuntur, qvatenus iisdem qvalitates noxiæ & malignæ simplicium corriguntur & emendantur: hunc in finem enim ante commixtionem adhiberi debent. *Dirigens* etiam seorsim omittere possumus, si *Excipiens* seligamus specificum; *Qvo ordine debeant collocari in formula, ex paragraph. sive Reg. 8. patescit.*

XVII.

XVII.

Prius qvam claudamus *generalem formulas conſcribendi methodum*, memoriæ ergo *axiomnemoneuta præcepta ſeqventia* ſubjungemus, qvæ ex ante dictis ſponte fluunt: (1.) Nihil præſcribendum „in Formulis contra judicium, i. e. cujus non ſuffi-„ciens dari poſſit ratio: adeoqve (2.) non ſimul „præſcribenda, qvæ ſe invicem deſtruunt, aut ſibi-„invicem intime miſceri non poſſunt, e. g. *campho-„ra ſolvenda in aqvis deſtillatis non ſpirituoſis*, nec„ (3.) duo vel plura, ſive compoſita medicamen-„ta, ejusdem effectus & operationis, in eadem For-„mula recipienda, e. g. Antimon. diaphor. & Be-„zoardic. mineral. Cinnabaris Antimonii & nativ.„ Cremor tartari & Hepatic. rubr. Dresdenſ. Sal.„ volat. Corn. Cerv. & viperar. Sal. fix. abſynth. &„ cent. min. Aqva portulac. lactuc. & endiv. Tinct.„ bezoard. Mich. & Mixt. ſimp. &c. neqve (4.)„ compoſitis temere addenda ſeorſim eadem ſim-„plicia, qvæ jamdum in iisdem continentur, e. gr.„ ſpecific. cephal. Mich. & Magiſt. cran. human.„ vel ungul. alc. &c. & qvoniam (5.) qvantum fie-„ri poteſt, *cito, tuto*, & *jucunde* curandum: hinc (6.)„ efficacia, & non effœta, aut exoleta medicamenta„ recipienda; (7.) Dubia, & ſuſpecte præparata „ omittenda; & (8.) ab aſpectu, guſtu, & olfa-„ctu, gravibus & moleſtis abſtinendum. *Notandum*„ *tamen, hiſce Regulis non adeo ſtricte ſemper inhæ-„rendum eſſe, ut non limitato judicio aliqvando ab„ iis recedere licitum ſit: Minima enim non curat„ Prætor.*

XIIX.

XIIX.

In *ſpeciali Formularum Tractatione* duo f-
cimus *ſumma genera*, qvibus reliqva commode ſu
ordinantur ; ut ſunt: (1) *pulveres* (2) *Infuſa*. *P*
veribus facillimo negotio convenientia addi po
ſunt *Excipientia*, e. g. Conſervæ, Aqvæ, Extracta,
ut ſic extemporanee ex illis fiant Boli, Electuaria, P
tiones, Pilulæ, Morſuli, Rotulæ, Emplaſtra, U
gventa, &c. *Infuſa* conveniunt cum Decoctis, qv
bus haud convenienter accenſentur Emulſione
Julapia, &c.

XIX.

„Multas igitur ob cauſas a *Pulverum* tracta
„tione initium facimus. In horum præſcription
„itaqve notanda ſunt ſeqq. (1) Qvæcunqve, o
„viſciditatem vel tenacitatem, difficulter pulver
„ſantur, antea debent comminui & præparari, qvan
„extemporaneis Formulis immiſceantur, qvali
„ſunt colocynthis, tragacanthum, &c. (2) Qva
„Ingredientia in magna quantitate minoris ſun
„efficaciæ, illis, pro ſtimulo, adjicienda Fortiora
„in parva mole alias efficaciſſima, & contra; (3)
„Qvorum doſis eſt minima, e. g. grana tria ve
„qvatuor in emeticis & purgantibus concentrati-
„oribus, ut & opiatis, illis jungenda, pro vehiculo,
„alia ne plus juſto aut cochleari aut faucibus ad-
„hæreſcant, ita tamen, ut (4) Doſis pulveris, pro
„una vice, ſit Scrup. j. nec excedat drachm. ſem.
„ad ſummum Scrupul. ij. ad qvantitatem drachm.

uni-

„unius non aſcendat Medicus, niſi præmonito & „conſentiente Ægro; (5.) Qvæ ex ingredientibus „æqvalia ſibi ſunt, qvoad doſin infimam, ſum- „mam, & mediam, eandem proportionem retinent „in compoſitione Formularum: Ita, ut ſi duo, vel „tria, vel qvatuor fuerint ingredientia, de ſingulis „recipiatur pars dimidia, tertia, vel qvarta; deni- „qve (6.) *qvantum decedit uni, tantum accedat de* „*altero*, e. g, ſi decedat pars dimidia primi, acce- „dat pars dimidia ſecundi, ſi decedit pars tertia, „accedat tertia pars ſecundi, ſi decedit pars qvar- „ta, accedat qvarta ſecundi; aut, ſi tria fuerint In- „gredientia, ſumatur de ſingulis pars tertia, ſuma- „tur prim. doſeos dimidia, ſeqventium pars qvar- „ta.

XX.

Pulveres, uti omnibus indicationibus ſatis- faciunt, ita freqventiſſime præſcribuntur, tam exter- ne qvam interne, præſertim, ſi Ægri non abhorreant a tali formula, aut morbi conditio ingredientium- qve conſtitutio aliam formulam ſvadeant. Non commode præſcribuntur pulveres, ubi difficultas adeſt deglutiendi, ut in paralyſi lingvæ laboranti- bus, in epilepticis, apoplecticis, ſyncopticis, hyſte- ricis, &c. ſic etiam Mercurius dulcis minus com- mode in pulvere, melius vero in pilulis, aut bolo, præſcribitur & aſſumitur. Præter res qvascunqꝫ fria- biles pulveres etiam ingrediuntur olea deſtillata ad guttulas aliqvot, extracta alterantia & purgantia & i- ſa m. theriaca: *Aſſumuntur* vero *in qvovis vehiculo* li-

liqvido: Laxantes pulveres, paulo ante, vel in men-sa; purgantes pulveres, mane, ventriculo jejuno; al-terantes pulveres, tam matutino, qvam vespertin- tempore. Trageæ plerumq; post pastum sumuntur cum, vel sine pane medicato.

Pulvis purgans pro Infante.

℞. Cremor. Tartari,
pulv. Jalapp. an. gran. vj.
M. F. *Pulv.* purg. pro Infante.

Al. purg. pro Adulto.

℞. Pulv. Jalapp.
Tartar. Vitriol. an. gr. xv.
ol. destill. macis, gutt. ij.
M. F. *Pulv.* purg. phlegmat.

Al. pulv. purg.

℞. Pulv. radic. jalapp. resinos. gr. xv.
Scammon. sulphurat. gr. iij.
Nitr. puriss. gr. iiij. vel vj.
M. F. *Pulv.* purg.

Al. pulv. purg.

℞. Arcan. duplicat. gr. xij.
Scamon. sulphurat. gr. viij.
Extract. trochiscor. alhandal. gr. j.
M. F. *Pulv. pro una dosi.*

Pulvis Digestivus.

℞. Croc. Mart. aperitiv. drachm. j.
Sal. fumar. scrup. ß.

M. F.

M.F. *Pulv.* divid. in 2. partes æqual. altera pars ſumenda mane in vehiculo calido, altera pars veſperi in vehiculo frigido, die præced. ante purgationem, ad digerendos humores acido-viſcidos.

Al. Pulv. digeſt.

Rec. oc. cancr. præp. drachm. ß.
Corall. r. præp.
Croc. Mart. aperit. an. ſcrup. ß.
M.F. *Pulv.* divid. in 2. doſes.

Pulvis alterans ſudoriferus.

Rec. C.C. ſ. ign. ſcrup. j.
Bezoard. mineral. ſcrup. ß.
Sal. volat. viperar. gr. iiij.
M.F. *Pulv.* in Febb. malign. ſudoriferus, cui nunc de opio, nunc de camphora tantillum addi poteſt.

Nota:

Volatilia dari debent in vitris amplioris orificii, (genant Zucker-Gläſergen/) *ne avolent ex chartis, vel pyxidibus, &c.*

Al. Alterans.

Rec. Ebor. ſ. igne, drachm. ß.
Myrrh. elect. gr. iiij.
Sal. volat. C.C. gr. iij.
Theriac. veter. gr. iiij.
M.F. *Pulv.* D. in Vitro ampl. orificii; Detur in puerorum inſultibus febrilibus, vel motibus convulſivis levioribus.

Pulv. Diureticus.

Rec. Oc.cancr.vel pulv. teſtar. ovor. drachm.j.
 Sal. tartar.
 Lapid. prunell. an.gr.xv.
 Ol. therebinth. gutt. vj.
M. F. *Pulv.* Diureticus, pro tribus vel 4. Doſibus

Pulv. emeticus in Mania.

Rec. Merc. vit. rit. præp. gr. iiij.
 Elæoſachar. cinamom.gr.xv.
M.F. *Pulv.* D.S. Brech-Pulver.

Al. pulv. emetic. in quartanariis.

Rec. Tartar. emetic. gr. iij.
 Pulv. rad. aſari,
 Sachari albiſſim. an. ſcrup. ß.
M.F. *Pulv.* emetic.

Al. pulv. emet. in qvovis ventriculi affectu.

Rec. Magiſter. gumm. gutt. gr. iiij.
 Vitriol. alb. præp. gr. vj.
 Sachar. albiſſ. ſcrup. ß.
M.F. *Pulv.* emet.

Pulvis in ulceribus putridis & manantibus inſpergendus.

Rec. Antimon. crud.
 Oc. cancr. præp. an. drachm. iß.
 Aloës ſuccotrin.
 Myrrh.
 Croc. Mart. adſtring. an. drachm. ß.
M. F. *Pulv.* extern.

Nota:

Nota:

Crocus Martis adſtring. ſolum ſanat ulcera, ſi inſpergitur.

Pulvis Bezoardicus.

Rec. Pulv. Bezoard. S.
C. C. phil. præp.
Specific. cephal. M. ana, dr. j.
Antimon. Diaph. ſolar. dr. ß.
Margarit. præp. ſcrup. j.
Lap. bezoard. or. gr. v.
occ. ſcr. ß.

M. D. S. Bezoardiſch Pulver/ wovon alle zwey Stunden 1. Meſſerſpitze voll in einen Aquâ bezoardica, oder Cardubenedicten-Waſſer zu geben.

Pulvis Corrigens.

Rec. Pulv. m. corrig. ſive, ſuccin. alb. præp. & Corall. r. pulv. ana, drachm. j.
Pulv. caſtor.
Matr. perlar. præp. ana, dr. ß.

M. D. S. *Corrigir*-Pulver / wovon öffters 1. Meſſerſpitze voll.

Al.

Rec. ſuccin. alb. præp.
Antim. diaph. lunar.
ana, dr. j.
Cinnabar. nativ. vel, pulv. ſolar. mei dr. ß.

M. D. S. *Corrigir*-Pulver/ wovon öffters eine Meſſerſpitze voll.

Pulvis emeticus correctus, Zw.

Rec. Vitri antimonii ſine additione legitimè pa-
rati, unc. xii.
Nitri puriſſimi, unc. iiiß.

Singula prius ſeorſim in pulverem redacta commiſceantur exactè, poſt collocetur ollula non vitreata intra carbones accenſos vel ardentes, cum ſi candet, *de ſuperiori pulvere* cochlear j. poſt aliud pededentim inſpergatur, donec omnia paulatim immiſſa & candefacta ſint; remota dein ollulâ ab igne & refrigeratâ materiâ, quæ flava veluti vel albicans apparet, pulveriſetur, & cum *aquâ tepidiſſimâ*, (non *calidâ nimis aut fervidâ*, quod ſtudiosè obſervandum, ſecus vis emetica ejus tota tollitur,) edulcoretur, & quidem confeſtim, ne diu aquæ immerſa materia edulcoranda hæreat, ſed quam primùm fundum petierit pulvis, aqva ab eo decantanda, ac pulvis impalpabilis ſiccandus eſt: Obſervandum etiam qvod ponderoſior ejuſdem pulveris particula, qvæ illicò in edulcoratione, dum aqva cum leviori magis & impalpabili pulvere decantatur, fundum petit, ſeparanda ſit, ne pulveri impalpabili permixta maneat.

Hoc *Antimonium taliter paratum* nobile & ſecuriſſimum vomitorium eſt, ità ut infantulis competenti in doſi per infuſionem, vel in Sirupum modo ſequenti redactum, tuto propinari poſſit. Doſis à granis xv. ad ſcrupulum pro adultis, cum unciis circiter tribus vini ferventis infuſum per noctem: quod vinum manè à reſidente pulvere clarum de-
can-

cantari aut filtrari poterit, pulvere in undo relicto: Junioribus verò decem vel duodecim annos natis, ſcrupulum ſemis pulveris, & vini ferventis uncia una ſemis: Infantibus autem duorum circiter vel trium annorum, grana quatuor, quinque vel ſex, cum drachmis quinque vel uncia una vini ferventis infuſa ſufficient. Verum cum nonnulli abſtemii ſint, vinumqve abhorreant, poterit unica ſaltim doſis hujus vini emetici ſcil. unciæ tres cum ſachari albi uncia una in Sirupum percoqui, cui refrigerato ſirupo, ſi lubet, Aquæ cinamomi vel roſarum portiuncula pro odore & ſapore grato ipſi conciliando admiſceatur, & in vehiculo ad lubitum Patientis vel Aſſumentis propinetur.

Pulvis contra vermes ſ. lumbricos, Zw.

Rec. Cynæ, unc.j.
Corallinæ, unc. ß.
Myrrh. rubr. dr. j.
Mercur. dulc. legitimè parat. dr. ß.
Raſuræ C. C. drachm. ij.
Sachar. alb. unc. j.
Mac. drachm. j.
M. F. *Pulv.*

Cujus doſis ſcrup. ß. ad ſcr. j. in vermibus expellendis.

Pulvis aſthmaticus.

Rec. Rad. Aaronis c. vinô exſicc. & præp. unc. iß.
Cremor. Tartar. unc. ß.
Eſſent. aurant. ſacharinæ ex recent. cortic. parat. drachm. vj.

Fiat ex omnibus *Pulvis*, pro uſu quotidianô,

Pulvis contra abortum.

Rec. Granor. Kermes legitim. unc. ß.
Margarit. or. dr. ij.
Corall. r. præp.
Lapid. Carneol. præp. ana, dr. iiß.
Lign. aloes gum. unc. ß.
Nuc. moſchat. dr. vj.
Santal. r.
Radic. tormentill. ana, dr. iij.
ireos Flor.
Ciper. rotund.
Succin. alb. præp. ana, dr. ij.
Eſſent. citri ſacharin.
aurant. ſachar. ana, ex recentibus Co-
tic. par. unc. j.
Ol. Nuc. Moſch. expreſſ. dr. j.
Fiat omnium *Pulvis.*
Datur Gravidis ſæpius, ubi abortus timetur, juſculô horis matutinis & veſpertinis à dr. ß. a dr. j.

Pulvis alexipharmacus.

Rec. Sulphuris crud. ſed puri, unc. j.
Nitri c. ſucc. ſcordii ſoluti, & denuò cryſta-
liſati, unc. iß.
Terr. ſigill. vel Boli Armen. præparatæ, un-
iß.
Myrrh. r. translucid.
ſucc. alb. præp. ana, unc. ß.
Croc. opt. dr. ij.

Nu

Nuc. moſch. unc. ß.

Miſceantur, Fiatque *Pulvis* omnium ſubtiliſſ. In Febb. malignis & peſte ipſâ validus, à dr. ß. ad dr. j. pro ſudore eliciendo.

Pulv. antepilept. Z. & H.

Rec. Lapis ſpecular.
Cran. human.
Ungul. alc. ana unc. ß.
M. F. Pulv. Subtil. Add.
Aur. foliat. Nõ. iij.
Doſ. à gr. iij. ad drachm. ſem. l. j.

Pulvis antifebrilis in Febb. intermitt.

Rec. Cinnab. nativ.
oc. cancr. ana, unc. ß.
M. F. *Pulv.* ſubtiliſſ. D. S. Fieber-Pulver/ wovon offt 1. Meſſerſpitze voll.

Pulv. cephal. pretioſus contra vertiginem.

Rec. Amb. gryſ. opt. dr. j.
ſubigatur opt. cum
ſem. pœoniæ excort. dr. j.
citri excort. dr. ß.
Moſch. opt. or. ſcr. j. cum
ſpirit. roſar. particula ad pultis formam contundendo in mortario redacti:
His adde
Pulv. Ligni aloës ponderoſi, unc. ß.
Radic. Doronic. veri, unc. j.
Cardamom. min.
Nuc. moſchat. ana, unc. ß.

Essent. rosar. sacharinæ n. unc. iij.
cui instillentur prius
Ol. stillat. cinamom. dr. ß.
caryophyll. scr. ß.
majoran.
lign. rhod. ana, scr. j.
F. Pulvis præstantissimus, imò Regius, qui s[illegible]
lutaris est ad omnes frigidas cerebri affecti[illegible]
ones, vertiginem præcipuè, Apoplexiam,
Epilepsiam juvans, dos. à scr. j. ad dr. ß.

XXI.

Qvoniam pulveres non semper in minim[illegible] rediguntur particulas, sed grosso modo solum sun[illegible] contusi, uti videmus in tragea grossa; commod[illegible] agitur hic *de Cucuphis*, quæ, uti interdum adhiben[illegible] tur in affectibus capitis, uti sunt intemperies capi[illegible] tis frigida, vertigo, apoplexia, &c. tam ad præservan[illegible] dum, qvam ad curandum: Ita etiam eadem fere reti[illegible] nent ingredientia, qvæ pulveres habent alcoholisa[illegible] ti; Sunt vero ex radicibus, foliis, floribus, seminibu[illegible] aromatibus, gummatibus, & resinis, præsertim e[illegible] quæ fragrantia sua caput confortare possunt. Ha[illegible] itaqve grosse contusa, excipiuntur sacculo ex sindo[illegible] ne rubra, vel in forma orbiculari, aut mitrali consi[illegible] muntur & interbassantur, sicqve gestantur in capi[illegible] sub pileo aut mitra. Qvantitas pro una cucuph[illegible] sit ab unc. j. ad unc. ij. vel mj. isqve paulo major[illegible] Præscribuntur seq. modo:

Rec. Specier. pro Cucupha. ℳ j.
D. ad Chart. S. *Species* zum Mützgen.

Speci[illegible]

Al. Species pro Cucupha, in intemperie capitis frigid.

Rec. Radic. irid. Florent. drachm. ij.
Fol. rorismar.
Majoran. an. pij.
Flor. spic. piiij.
Semin. fœnicul.
Caryophyll. arom. an. drachm. iß.
Mastich.
Storac. calam. an. drachm. ij.
Concis. concid. excipiantur sindon. rubr. interbassand. F. *Cucupha.*

Al. in Vertigine.

Rec. Rad. Cyper. rotund.
ireos Flor. an. drachm. ij.
Summitat. Serpill.
anthos. an. pij.
Semin. coriandr.
Nuc. Mosch.
Succin. ana drachm. iß.
Asæ dulc.
Thur an. dr. j.
Moschi. in ol. destillati lign. Rhod. guttulis iij. soluti, gran. ij.
M. F. *Spec. pro Cucupha,* D. ad Chart. s. species zum Mützgen.

Pulvis Grossus ad Sacculos pro Epithemate cordis, & pulsuum, P. R.

Rec. Herb. recent. rorismarin.

herb. recent. majoran.
basilici,
Melissæ citratæ,
ana, unc. j.
Flor. recent. aurant.
rosar. palid. ana, unc. iß.
cheiri,
tunic. ana, unc. j.
lavendul. unc. ß.
Cortic. rec. aurant.
citri, ana, unc. iß.
Croc. or. Drachm. vj.
Cinnamon. opt.
Macis,
Nuc. moschat. ana, unc. j.
Lign. rhod.
aloës, ana, unc. ß.

Omnia ac singula probè commixta, tàm Her-
bæ recentes, Flores ac Cortices, qvam desiccata A-
romata & ligna (qvæ tamen prius incidi separatim
svaserim,) minutim incisa, exsiccentur in umbra
cum cautela & charta desuper operta: Ex qvibus
sic paratis speciebus sacculi poterint formari, for-
mâ ac magnitudine competenti, ac filo serico in-
tersui, qvi postmodum cordis regioni ac pulsibus
superligantur, prius tamen aquâ cordiali, quæ arri-
serit illi humectandi: idqve toties repetendum
qvoties etiam calor exæstuans eos exsiccaverit. Per-
elegans sanè atqve efficax modus hic est cor tuen-
di, & spiritus vitales instaurandi. Namqve, dum
speciebus siccis flores recentes & fragrantissimos
addi-

addimus, ſupinos qvaſi ac latentes ſiccorum ſpiritus excitamus acceſſione novæ fragrantiæ intendimus, & multò efficacius temperamentum ac compoſitum ſuſcitamus, cum alioqvin pronum eſſet, leviſſima exſiccatione etiam ſolutas haſce atomos ſpiritu & odore turgidas exhalare. Ulterius ſacculi ex zendalo conſuti, groſſioribus hiſce ſpeciebus oppleti ac cordiali qvodam liqvore imbuti inſigne robur Cardiacum addere poſſunt, cum hic virtus unita fortior, ſpecies etiam proximius cordi adſtent, viresqve earum diutius perdurent, neqve protinus, uti aliàs pulveres vel ſpecies cordiales aquâ aliqvâ dilutæ ſolent, diffluant, & diſſipentur, ſed diutius viribus collectis conſerventur & integris, ſæpius etiam, ſi deſiccentur, madefactis ſacculis, &c.

Pulvis ad generandum lac, P. R.

Rec. Carnis uberis vaccæ juvenculæ, unc. vj.
Rad. rec. rapunculorum,
cardui lactei,
barbæ hirci, ana, unc. j.
ireos Flor. unc. iß.
liqvirit. Drachm. vj.
Sem. lactucæ,
pœoniæ excort. ana, dr. vj.
Lapid. lact. præp. (eſt lapis mollis inſtar ſaponis tactu) unc. iß.
Corall. alb. præp.
ocul. cancr. præp. ana, dr. vj.
Magiſt. ſolub. Matris Perlar. unc. ß.
Caro mammillarum, radices etiam recentes inci-

incidantur tesselatim, ac cum reliqvis pulveribu
præparatis conspersa, immittantur alembico vitr
quibus superaffundantur.

Succi cydoniorum recent. express. unc.
ac illico in M.B. totaliter exsiccentur, (baculo qu
doque illa in Alembico commovendo,) ut in pul
rem subtilem redigi possint, cui pulveri adde.

pulv. sem. eruc.
Foenicul. ana, dr. vj.
Cardamom. min.
Macis, ana, unc. ß.
Piperis longi unc. j.

Misceantur exactè fiatque *Pulvis* subtilissim
Hujus detur pro dosi drachma una vel duæ in jusc
lo gallinæ, sæpius in die.

Al.

Rec. sem. anis.
foenicul.
aneth.
carvi,
negellæ,
cumini, ana, dr. j.
Cryståll. præp. unc. ß.

M. F. *Pulvis*, D. ad scatul. S. Pulver / wove
alle 2. Stunden eine gute Messerspitze voll.

Pulvis partum provocans.

Rec. Pulv. glaciei Mariæ fixæ, quæ est speci
Talci, unc. ß.
Cassiæ ligneæ veræ,
Boracis Venetæ, ana, dr. ij.

Croc

Croc. Auſtriac.
pilæ capræ ſylv.
Macis, ana, dr. j.
ol. cinamom. gutt. xij.
F. Pulvis

Item Fel et Jecur angvillæ ſiccata & pulveri-
ata expertum remedium eſt, nec fallit, niſi pingve-
o quædam vel fruſtum carnis aut Mola (experi-
ntia teſte) impedimento exituro foetui fuerit.

Cæterum Pulvis hic ad partum facilitandum,
t & fœtum mortuum excludendum, ſalubriter ex-
ibetur; pellit nec non potenter ſecundinas, à
rachmâ ſemis ad dr. j. & iß.

Al.

Rec. Myrrh. elect. dr. ß.
Borrac. venet. ſcr. j.
Croc. or.
ungul. alc. præp. ana, ſcr. ß.
ol. cinamom. gut. iij. M. F. *Pulvis*,
Divid. in 3. partes æqvales, D. S. Treibendes und ſtärckendes Pulver/ alle Stund/ oder eher/ eines zu nehmen/ etwan in Wein/ wenn anderſt die Frucht recht ſtehet. Treibet Geburt und Nachgeburth fort.

Species groſſæ pro ſacculis contra peſtem.

Rec. Rad. leviſtic. angelic. Zedoar. ana, unc. j.
Herb. baſilic. majoran. meliſſ. roriſmar. rut. aa. dr. vj. cort. aur. citr. aa. rec. extim. unc. iß.
Myrrh. rubr., Caryophyll. Nuc. moſchat., Gr. juniper. aa. dr. vj., Camphor. unc. ß. ol. ſtil.

ſtil. lign. Rhod. dr. j. ol. deſt. rut. ſcr. j., &
lubet, ſal. vol. urinæ, unc. ß.; Incidant
contundanturqve craſſiuſcule, Fiant ſacc
de Zendulo rubrô, collo appendendi.

XXII.

Si igitur aut Patientis nauſea, aut Medic
menti conditio formam pulveris renuant, & Me
cus pro Excipiente vel Vehiculo recipiat Conſ
vam qvandam, *Bolus* inde emerget; Præſcribunt
vero hic tantum una vice; nec ultra drachm. j.
mere aſcendat; manente itaqve qvantitate pulve
ſupra inſinuata, np. ſcrup. j. vel drachm. ß. Conſ
væ ſpecificæ cujusdam drachm. j. ſufficit. cum qva
mortario miſcetur, & pro ditioribus aut delicatio
bus, aut folio auri involvitur, aut nude tantum
chartam datur, & ſign. *Bolus*. Loco *Excipientis* i
ſerviunt interdum etiam Rob, Pulpæ, qvin etia
Sirupi, ſi ſcil. pulv. Doſis ſit aliqvantum major,
tunc *Rob* determinatur ad drachm. j. Sirupus ve
qvantitate ſufficiente. Hoc pacto ex pulveribus
dicum reſinoſarum, &c. c. Sirupis convenientib
confieri poſſunt *Boli*; Si vero pulveris excipiendi d
ſis ſit minima, additur ſachari qvantum ſufficit
conſiſtentiam; Pro ſcopo potiſſimum purgan
ſudorem & ſomnum movendi, poteſt Medicus gr
tificari hac *formula* iis, qvi peculiariter eadem de
ctantur, nec deglutitione difficili laborant.

Nota:

Bolus, ſi non una vice aſſumi poteſt, non dicit
tunc Bolus, ſed Electuarium.

Bo

Bolus purgans;

R. Specier. diaturbith. c. rhabarb. ſcrup. ij.
Conſerv. flor. roſar. pallid. drachm. j.
Sirup. pomor. q. ſ. M. F. *Bolus*, D. ad cart.

Al. Purg.

Rec. Pulv. rad. jalapp. drachm. j.
Sirup. roſar. ſolutiv. q. ſ. M. F. *Bolus*,
D. ad Chart. S. Laxier-Bißen auff einmahl.

Al. Purg.

Rec. Rob. Ribium purgantis, drachm. j.
Pulv. rhabarb. or. drachm. ß.
Sachar. albiſſ. q. ſ. M. F. *Bolus.*

Bolus Vomitorius;

Rec. Electuar. diaſari Fernel. drachm. j.
Gummi guttæ præparat. gran. vi.
Sach. albiſſ. q. ſ. M. F. *Bolus.*

Al. emetic.

Rec. Conſerv. roſar. ſimplic.
menth. an. drachm. ß.
Tartar. emetic. gr. iij. l. ij.
Elæoſachar. citr. gr. viij.
M. F. *Bolus.*

Bolus Febrifugus.

Rec. Pulv. Cortic. Chin. de Chin. drachm. j.
Sal. armen. gr. viij.
Sirup. card. benedict. q. ſ. vel. Rob ſambuc. drachm. iß.
M. F. *Bolus.*

Al. Bol. Febrifugus.

Rec. Pulv. Chin. de Chin.
rad. Gentian. rubr.
Angelic. an. dr. j.
Sal armeniac. gr. xv.
Rob ſambuc. drachm. iß l. q. ſ.
M. F. *Bolus*, D. S. Schweißtreibender Bißen wid[er]
Fieber/ auff einmahl.

Bolus Sudoriferus, in febb. intermittent. ante paro[xy]ſmum aſſumendus.

Rec. Diaſcord. Fracaſtor. drachm. j.
Antim. diaph. ſimpl. ſcrup. j.
Extract. card. benedict. gr. iiij.
Sirup. papav. q. ſ. M. F. *Bolus.*

Al. Sudorif.

Rec. Conſerv. ſcabioſ. drachm. j.
Reſin. Gvajac. gr. iij.
Sal. vol. C. C. gr. ij.
Sirup. card. benedict. q. ſ. M. F. *Bolus.*

Bolus contra. verm. dandus pueris X. vel XII. ann.

Rec. Conſerv. Flor. perſicor. drachm. j.
Mercur. dulc. gr. vi.
Gumm. gutt. laxativ. gr. iij. M. F. *Bolus.*

Bolus Somniferus.

Rec. Conſervæ roſar. vitriolat. drachm. j.
Laud. opiat. gr. i. ij. vel iij.
Sirup. papav. q. ſ. M. F. *Bolus.*

Bolus lax.

Rec. Rhabarb. pulveriſ. drachm. j.

Co[...]

Conſerv. Roſar. rec. unc. ß.
Cum Sirup. roſar. ſolv. F. *Bolus.*

Al.

Rec. Elect. lenitiv. de manna, unc. ß.
diaphænic.
diacathol. ana, dr. ij.
Cum ſacharo albo F. *Bolus* pro vice una.
N. Addi poteſt & pulvis conveniens.

Al.

Rec. Prunor. Damaſc. num. x.
Sebeſten, num. vij.
Paſſul. enucl. unc. ß.
Coqvantur cum Aqva colenturqve fortiter; Hinc adde
Pulp. caſſ. unc. ij. coqvantur denuo ad ſpiſſitudinem mellis. Tunc adde
Pulv. ſenn. dr. iij.
Cum ſachar. F. *Bolus* pro 2. vel 3. vicibus.

Bolus ſomniferus, dolorem ſedans, & in fluxu alvi.

Rec. Conſerv. roſar. antiqv. drachm. ij.
Laudan. opiat. gr. j. vel ij.
F. Bolus.

Bolus in nephritide.

Rec. Caſſiæ rec. extract. unc. j.
ſem. aniſ. ſcrup. j.
Cum oleô amygdal. dulc. rec.
F. Bolus.

XXIII.

Nihil fere, aut certe parum differunt a Bolis *E-*

lectuaria, nisi qvod (1.) præscribantur ad plures d
ses, & non dentur ad chartam, sed in fictili: hin
qve (2.) possunt, qvin imo debent, Bolis esse liq
diora, & (3.) præter ingredientia in Bolis recensi
recipiunt etiam interdum conditas cortices & ra
ces, minutim incidendas, additis confectionibus p
lubitu. Qvantitas itaqve totius compositi non int
unc. ij. nec ultra unc. iiij. vel unc. v. consistat.
unc. j. Conservæ recipiuntur communiter drach
ij. pulveris, sed ad drachm. iiij. ascendere possum
hac tamen conditione, ut tunc Sirupus appropri
tus in largiore qvantitate addatur. Si ex Condi
drachm. ij. possunt recipi ad qvamcunqve unc.
Conservæ, Sirupi aut succi aciduli ingrediantur,
xulare debent salia fixa, & qvævis alcalina, ferme
tando enim destruunt consistentiam. Assumunt
singulis vicibus qvantitate castaneæ, aut qvantu
capi potest cultelli cuspide, vel una vel duabus v
tribus. Qvandoque determinatur pro qvantitate
vj. vel viij. doses, e. g. Rec. Conserv. &c. D. S. Lc
werge auff 6. oder 8. mahl; Solida & mediæ con
stentiæ omnia, uti non tam subito ex ventriculo el
buntur ac liqvida, sed diutius in eo remorantur, i
commode dantur, ubi confortandum & robora
dum, in affectibus (1.) capitis, e. g. vertigine, suff
sione, debilitate memoriæ, &c. (2.) Ventriculi & in
testinorum, uti sunt cholera, diarrhœa, dysenteri
&c. Abstinendum vero ab iis, ubi post febb. arde
tes fauces siccitate laborant, & ubi dulcia nocen
puta in hystericis, & colica laborare solitis, qvib
tormina inducunt.

Not

Nota:

Poſſunt etiam, eod. modo, uti ſupra de Bolis dictum fuit, confici Electuaria absq; conſervis, ſi pulveribus & conditis minutim inciſis addatur qvantitas ſufficiens Sirupi appropriati; ad modum Hæfferi in Hercul. medic. l. 2. p. 204.

Electuarium in Vertigine.

Rec. Conſerv. flor. anthos,
lilior. convall.
ſerpilli, an. unc. j.
Conditur. cortic. citr.
Nuc Moſchat. an. drachm. ij.
Confect. ſemin. coriandr.
pulv. cubebar.
ſuccin. alb. præp. an. drachm. jß.
Cinnabar. nativ. drachm. j.
M. c. Sirup. de Betonica q. ſ. F. *Electuarium*, obduc. fol. aur D. S.
Davon Ab. und Morgen. 1. biß 2. Meſſerſpitzen voll zu nehmen.

Al. in ſuffuſione incipiente.

Rec. Conſerv. ſtœchad. Arabic. unc. j.
Flor. tunicæ,
lavendul. an. unc. ß.
Condituræ radicum cichorii, unc. ß.
nuc. jugland. drachm. iij.
Confect. ſemin. fœnicul. drachm. vj.
Sachar. Saturn. drachm. ß.
M. c. Sirup. flor. pœon. q. ſ. F. *Electuarium.*

Al. in debilitate memoriæ, vertigine, auditu diffic gravedine capitis, &c.

Rec. Conſerv. betonic.
flor. anthos, an. unc. ij.
Conditur. acori veri,
Nuc. moſch. in India condit. an. unc.
Pulv. cardamom. min.
Maſtich. an. drachm. iij.
Confect. alkerm. complet. drachm. ij.
M. c. Sirup. cinamom. q. ſ. F. *Electuar.* des Mo
1. Meſſerſpitze voll.

Al. in Venere langvida, pro ſtimulo.

Rec. Conſerv. flor. tunic. unc. iiij.
Conditur. radic. ſatyr.
eryngii, an. drachm. iij.
Pulv. ſtinc. marin.
priapi cerv. an. drachm. ij.
Borracis venet. drachm. j.
Ambræ gryſ. gr. iij.
Moſchi, gr. j. M. c. brodio *Zinziberis* cond
q. ſ. F. *Elect.* D. S.
Alamode-Latwerge/nach Belieben zu gebrauche

Nota:

Ne qvid nimis, omne enim nimium vertitur vitium.

Al. in Cholera humida, it. ad confortandum ventr culum, in diarrhoea & dyſenteria.

Rec. Conſerv. roſar. r. unc. ij.
menth. criſp. unc. j.
Corall. r. præp.

Pul

Pulv. Nuc. moſch.
radic. pimpinell. an. drachm. iß.
Laud. opiat. gr. iij.
M. c. Sirup papav. erratic. q. ſ. F. *Elect.*

Nota:

Cholera humida eſt, ſi evomitio ἄνω καὶ κάτω fit; Cholera v. ſicca, ſi vomendi conatus ſolum adeſt bilioſus, ſed non fit.

Al. præſerv. in febb. malignis, aut ipſa peſte.

Rec. Conſerv. ſcordii,
Flor. calendul. an. unc. iß.
Condit. radic. helenii drachm. iij.
Antimon. diaphor. drachm. ij.
Pulv. radic. angelic. drachm. j.
M. c. Sirup. de Rub. id. q. ſ. F. *Elect.*

Electuarium contra Dyſenteriam.

Rec. Rad. Scorzoneræ,
Tormentillæ, ana, unc. iß.
biſtortæ, unc. j.
Herb. equiſet. ſcord. millefol. ana, unc. j.
Flor. roſar. rub. unc. iß.
papav.
tunicæ, ana ſicc. unc. j.
balauſt. unc. ß.

Inciſa & conqvaſſata coqvantur in ſ. q. aqv. ſimpl. freqventius recentem affundendo, & decoctiones exprimendo, quousqve tota vis ſit extracta: decoctiones expreſſæ conjunctim c. alb. ovorum optimè clarificentur, & additis
Sachar. Canar. albiſſ. libris duabus, redigan-

 tur,

tur, coqvendo, ad consistentiam Sirupi, consv[illegible] paulò spissiorem; cui seqventia lege artis immiss[illegible] videlicet.

Pulv. ex Typhis Cervi ritè parati unc. iß.
Terræ sigillatæ Siles. unc. ij.
Flor. ferri præp.
Oc. cancr. præp.
Corall. rubr. minut. pulveris. ana unc. ß.
Nuc. moschat. unc. jß. vel 2.
Pulv. rosar. rubear. unc. j.
Balaustior. unc. ß.
Olibani in granis, drachm. vj.
Sem. 4. frig. maj. excort. ana, drachm. ij.
papav. alb. unc. ß.
Citri excort. dr. ij.
Amygd. dulc. excort. unc. j.

Qvæ semina & Amygdalæ c. s. q. superioris, id asservandi, decocti ad pulpæ formam contu[illegible]dendo redigantur, & per cribrum setaceum ang[illegible]stum transmittantur:

Opii præp. seu correcti, & extracti, drach[illegible] ij.

F. l. a. *Electuarium* præstans in Dysenter[illegible] Diarrhœâ, Lienteriâ, Fluxu hepaticô, & Hæmo[illegible]rhagia uteri. dosis drachm. duæ, ad unc. ß.

Electuarium pseudoacori stomachicum, P. S.

Rec. Rad. pseudoacor. à cortice exteriore mu[illegible]dat. Ubi. minutissime incisæ & conquassat[illegible] infundantur in Vin. rubr. per dies noctesq[illegible] 3. l. 4. Hinc coque ad consumptionem vin[illegible] mollitiemque radicum.

Pos[illegible]

Poſtmodum adde mellis depurat. lb. ij. vel iß. iterum parum coctis addantur zinzib. optimi minutim inciſ. unc. iij. vel iiij. Miſceantur optimè l. a. ad conſiſtentiam; hinc remove ab igne, & immiſce

Pulv. cinam. acerr. unc. ß.
piper. long. drachm. ij.
galang.
Nuciſt.
Macis,
Cubeb.
Cardamom. ana, drachm. iß.
Gran. paradiſ.
piper. nigr. ana, dr. j. plus minus F.
Elect.

NB. Alii admiſcent amygdal. dulc. & pineas excort.

Confortat ſtomachum & caput frigidum excrementa incidendo *exſiccando*, &c. Doſis ad magnitud. avellanæ vel juglandis; manè ac veſperi.

Electuarium Alexipharmacum Dn. D. P. de S. F. T.

Rec. Rad Diptam.
caryophyll.
cyper. rot. ana, unc. iß.
aſari, drachm. vj.
ireos flor. dr. iij.
Fol. rut.
Flor. Roſar. r. ana, unc. iß.
Diptamn. Cretic. dr. iij.
Spic. Indic. unc. iß.

 Cinna-

Cinnamom.
Croc. or. ana, unc. ß.
Baccar. Junip.
Laur. ana, dr. vj.
Maſtich. unc. iß.
Agar. tr.
Myrrh. elect. ana, dr. ij.
Bol. armen. præp.
Spec. liberant. ana, drachm. vj.

Contundantur ſubtiliſſimè & cribrentur; p[illegible]ſteà.

Rec. Nuc. jugland. unc. iij.
Fic. pingv, unc. ix.

Conqvaſſentur ſimul additoqve Modi[illegible] vini trajiciantur per cribrum ad pultis conſiſte[illegible]tiam; deinde

Sachar. optim. lb. iiß. & unc. iij.

Coqve ad aqvæ conſumptionem.
deinde adde

Pulticulam illam ficuum & nucum
Theriac. unc. ix.
Conſerv. roſar. r. lb. iß.
Suc. abſynth. inſpiſſ.

Miſc. optim. c. ſpatula lignea, dein remov[illegible]antur ab igne, & agitentur continuò, donec refri[illegible]xerint, poſteà adde pulveres, miſceanturqve per[illegible]fectiſſimè, in fine adde

Ambræ gryſ. drachm. j.
Moſch. ſcrup. j.

F. *Electuar.*

Uſus ejus creberrimus fuit in ſæviſſimâ peſt[illegible]

i[illegible]

in qvâ tàm præſervando, qvàm curando profuiſſe compertum eſt.

Elect. de Allio.

Rec. Digitor. allii, Num. iiij.
Frixis & contuſis cum melle & mithridat. drachm. iiß., adde
Sperm. ceti,
Granor. juniper. ana, ſcrup. j.
Caſtorei, ſcrup. ij.
pulv. parietar. ſcr. j.
Oxymell. ſqvillit. q. ſ. F. *Elect.*

Inſignium virium eſt contra colicam.

Electuarium de Crocô alexipharmacum.

Rec. Croc. or. drachm. j.
Rad. Zedoar.
Tormentill.
Nuc. vomic. ana, dr. ij.
Camphor. ſcr. j.
Sem. erûc.
Rad. diptam. alb.
angelic. ana, dr. ij.
petaſit. dr. iij.
Theriac. Venet. ver.
Mithridat. ana, unc. vj.
F. *Electuarium.*

Electuarium Orvietanum.

Rec. Rad. Carlin. ſ. chamælont. alb.
Tormentill.
Ariſtoloch. rot.
Scorzoner.

Rad. Calam. arom.
Angelic.
Imperat.
Anthor.
Sem. ſanton. &
Fol. ejusdem,
dictamn. alb.
Bol. Armen.
Terr. ſigill. ana, unc. j.
Theriac. veter. unc. iij
Mell. cocti pondus triplum,
F. *Elect.*
Vires & Doſis eadem qvæ Theriac. Andromac.

Elect. Regum.

Rec. Pinear. unc. iß.
Roſar. rubr. dr. ij.
Amygd. dulc. unc. ß.
Santal. citrin. ſcrup. ij.
Ambr. gryſ. ſcr. ß.
Moſchi, gr. iij.
Sachar. albiſſ. in Aqv. roſar. fragrant. ſolut. lb. j.
Refrigerat, exſiccat, nutrit, corroborat, &c.

Electuarium de Tamarindis D. D. G. H.

Rec. Fol. Senn. ſ. ſt. unc. v.
Cinnamom. optim. drachm. vj.
Sem. fœnicul. dr. j.
Vini malvatic. opt. lb. iij.
Semel ebulliant, poſteà in locô calidô per di[...]
er[...]

m & noct. digerantur vaſe clauſo, F. deinde cola-
ura cum expreſſione, qva extrahatur pulpæ paſſul.
nin. & major. ana unc. iiijß. Extractæ maſſæ per ſe-
aceum adde pulpæ Tamarind. Elect. diaprun.
. lenitiv. ana, unc. iij., Crem. Tart. dr. ij., Ol. Nucis
noſch. ſtill. ſcr. j. ol. aniſ. ſcr. ß.

M. F. *Electuarium.*

Purgat leniter ſeroſos bilioſosqve humores.

Doſis unc. j. circiter.

Electuarium Cordiale in Febb. malignis.

Rec. Conſerv. roſar. pallid.
Flor. borrag. ana, unc. ß.
Pulp. citr. dr. vj.
Rad. cichor. condit.
ſcorzoner. condit.
Condit. ribium,
berberum, ana, dr. iij.
Confect. alkerm. incompl. dr. ij.
Antim. diaph. dr. ß.
Sirup. acetoſ. q. ſ.
Spir. vitriol. philoſ. ſcr. ß. M. F. *Elect.*

D. S. Hertz-Stärckung / Doſ. 1. welſchen Nuß groß.

Elect. Al. in febb. malign. & diarrh.

Rec. Conſerv. roſar. r. unc. j.
Diaſcord. Fracaſtor. dr. iij.
Confect. hyacinth. dr. jß.
Terr. ſigill.
Bol. armen. ana, dr. j.
Bezoard. animal.

Antim.

Antim. Diaph. ana, dr. ß.
Sirup. myrtill. q. ſ. M. F. *Elect.*
D. S. Stärckende und anhaltende Latwerge/ D
1. Muſcaten-Nuß groß/ offt.

Elect. confortans.

Rec. Conſerv. flor. tunic., meliſſ. ana, unc. ß.
Nuc. moſch. in Ind. condit. Num. 1.
Condit. cortic. citr. & aur. ana, dr. iij.
Confect. alkerm. comp. dr. iß.
Specier. diambr. dr. j.
Sirup. flor. tunic. q. ſ. M. F. *Elect.*
D. S. Stärck-Latwerge / wovon / nach Beliebe
1. welſchen Nuß groß.

Al.

Rec. Conſerv. roſar. pallid., flor. bugloſſ. borra
ana. unc. ß.
pulp. citr. dr. vj.
Condit. berberum, ribium, ana, dr. iij.
Confect. alkerm. incomplet ſ. hyacintl
drachm. ij.
Sirup. ceraſ. nigr. c. flor. tunic. q. ſ.
M. F. *Elect.* D. S. Stärck-und Erfriſchungs-Lat
werg/ wovon nach Belieben 1. Meſſerſpitz
voll.

NB. Si alvus eſt adſtricta, uſurpanda eſt Confe
ctio Alkermes incomplet. Si autem laxi
or & conjuncta cum diarrhœa; Confect. hy
acinth. prodeſt.

XXIV.

Pulveres rediguntur in *Pilulas*, minus qvi
dem commode Sirupis, & reliqvis liqvidis, uti Vete
ribu

ibus in usu fuit, sed omnium optime qvibuscunqve resinosis, s. simplicibus, s. extractis & compositis. Prostant qvidem in officinis jam dudum variæ massæ pilularum, ut non opus videatur novas componere & compingere simplicia in pilulas: Verum, qvoniam plurimæ ex his massis, aut ratione ingredientium non iniqvam reformationem, aut ratione annositatis sollicitam animadversionem merentur, melius consulit Medicus & sibi, & ægroto, & etiam Pharmacopœo, si posthabitis sesqvipedalibus illis compositionibus, pro rei exigentia, recentem præscribat massam pro conficiendis pilulis: & qvidem pro una dosi, ad scup. ß. vel, scrup. j. raro ad drachm. ß. pro pluribus v. vicibus, bis, ter, aut qvater multiplicando hanc qvantitatem. Pro Excipiente in *Purgantibus* inserviunt Resina jalappæ, scammon. & qvælibet extracta resinosa, ut, hellebori nigri, rhabarbari, panchymagog. Crollii, esulæ, &c. imo etiam ipsa gummata, ammoniac. opoponac. bdellii, &c. In *alterantibus vero ad diuresin*, therebinthina, Balsam. Indic. alb.; *ad diaphoresin*, resina gvajaci, extract. card. benedict. scabios. &c. *in affectibus capitis & ventriculi*, mastiche, & ipsumet laudanum opiatum, &c. *in uteri affectibus*, myrrha, storax calaminaris, galbanum, laudanum, & reliqva extracta specifica. Hisce & similibus incorporantur pulveres arte chymica præparati, utpote in parca dosi efficatissimi, ita tamen, ut addatur etiam liqvidi alicujus, qvod est, vel nudus spiritus vini, vel Tinctura, Essentia, aut Elixirium qvoddam appropriatum in qvantitate suffi-

ſufficiente, i. e. una vel altera guttula, adduntur e-am olea deſtillata; Si autem conſiſtentia pilularu emergat fluidior, opus eſt pulveris aromatici, leucopodii [lycopodii] aſperſio, ne invicem adh reſcant, & iterum diffluant. Interdum vero absq pulv. fiunt pilulæ ex ſupra recenſitis reſinis & gu matibus. Qvoniam vero, qvo minores ſunt, eo cilius aſſumuntur pilulæ, poſſunt ex grano uno ma ſæ, fieri duo vel tres. Eliguntur præ reliqvis Formu *pilulæ*, ſi ingredientium conditio aliam renuat, *Mercurius dulcis in Lue Gallica, &c.* it. ubi ſubit nea non opus eſt operatione, diutius enim rem nent in ventriculo: propterea qve *purgantes* pilu dantur, ubi in locis remotioribus hærentes hum res expurgandi ſunt: *alterantes* vero in capitis ventriculi affectibus. Utræqve repudiantur, vel ſa tem minus conveniunt infantibus, & his ſimilib adultioribus, qvibus non libera aut patens ſatis e via deglutitionis.

Nota:

(1.) *Si pilulæ aſſumuntur in pruna damaſc. ve paſſul. maj. tunc ſtatim liqvidum ſeqvi debe ne iterum absqve operatione exeant vel hær ant, ſed ſolvantur, ut tunc operari qveant,* (2 *Mercur. dulc. ante omnia medicamenta adh beatur in Lue Gallica ſive venerea.*

Pilulæ emeticæ.

Rec. Merc. vit. gr. iij.
Extract. aſar. gr. ij.
Miſc. c. Elix. emetic. q. ſ. F. *Pilulæ.* Num. 10.

D

D.S. Brech-Pillen auff einmahl.

Pilulæ purgantes.

Rec. Reſinæ Jalapp. gr. IX.
Extract. Trochiſcor. alhandal. gr. ij.
ol. amygdal. dulc. gtt. j.
M. c. Tinct. Tartar. q. ſ. F. *Pilulæ* purg. Num. xx. D. ad Chart. S. Purgir-Pillen auff einmahl.

Nota.

Reſinæ purgantes ante admiſtionem terantur c. ol. qvodam, ne tormina faciant; Ad gr. x. reſinæ ſumi poteſt gr. j. ol. cujusd. verbi grat. amygdal. dulc.

Al. in hydrope.

Rec. Vitriol. ſive Cryſtallor. Lunæ, gr. v.
Extract. elaterii,
radic. ireos Florent. an. gr. iii.
M. c. Tinct. Tartari F. *Pilul.* Num. xx.

Al. antepilepticæ.

Rec. Cinnab. Antimon. ſcrup. j.
camphoræ. ſcrup. ß.
extract. caſtor.
rut. an. gr. xv.
ol. deſtill. caryophyll.
ſuccin. an. gtt. ij.
M. c. Spir. vini ſimpl. q. ſ. F. *Pilulæ* Num. cxx. pro v. doſibus.

Pilul. diureticæ.

Rec. Therebinth. Venet. depurat. ſcrup. j.

Tro-

Trochiſcor. Alkekengi,
Millepedum præp.
Nitr. purificat. an. gr. viij.
M. c. Spir. therebinth. q. ſ. F. *Pilulæ*,
Num. xxx. pro tribus doſibus.

Pilulæ in Gonorrhoea.

Rec. Extract. rut.
agn. caſt. an. ſcrup. ß.
Pulv. oſſor. ſepiæ, gr. IX.
Sachar. Saturn. gr. v.
M. c. Elix. proprietat. q. ſ. F. *Pilulæ*, Num. LX. ſ[illegible]
mantur pro doſ. xv. (pro doſ. IV.)

Pil. in Affectu hyſterico.

Rec. Extract. caſtor. ſcrup. ß.
Sal. volat. ſuccin. gr. v.
Laud. opiat. gr. j.
M. c. Elix. propr. ſ. ac. q. ſ. F. *Pilulæ*,
Num. xxx. pro duabus doſibus.

Pilulæ ſudoriferæ, & ſomniferæ.

Rec. Extract. card. benedict. ſcrup. ß.
theriacal. gr. v.
c. ſ. qv. ol. ſuccin. F. *Pil.* Num. xx. pro
una doſi.

Pil. in febb. intermitt.

Rec. Extract. Chin. de Chin.
abſynth.
centaur. min. an. gr. v.
Myrrh. gr. iiij.
Laud. opiat. gr. j.

M. c

M.c. Essent. card. benedict. F. *Pilul.* Num. xx.
dentur, una vel altera hora ante paroxysmum, una dosi.

Nota:

...mnia amaricantia benè inserviunt in febb. intermittentibus, qvia resolvunt.

Pilulæ lax. F.

Rec. Aloës succotr. q. v.
Dissolv. in s.q. succi violar. cœrul., transco-...tur, inspissa posteà ad extracti consistentiam, il-...mqve operationem secundâ vice repetitio c. succô ...olarum tertia vero vice F. Extractio c. Spir. vi-..., qvi iterum per destill. auferatur ad extractio-...em consist.; Ex cujus dr. j. formentur *Pilulæ* in-...ar grani lentis Num. LXXX. dos. se extendit ad ...V. l. XX. pil.

Pil. Spadanenses El.

Rec. Mar. c. Sulph. præp. (ut limat. chalyb. p. j. Sulph. p. ij. f. Crocus semper in fluxu movendo,) pij.,
Gumm. ammon.
Scammon. sulphur. ana, pj.
Contunde in mortariô & misce exactè, iisqve adde tantùm sir. ros. sol. q. s. ut *pilulæ* fiant.
Dos. à gr. viij. ad xij.
In morbis chronicis svaviter purgant, & obstru-...tiones solvunt.
Usus ante cœnam unâ horâ, tamen cœna potius ...ulla l. parca sit.

Pilulæ in gonorrhœâ.

Rec. Extract. cathol. gr. xv.
Merc. dulc. gr. viij.
Trochisc. alhand. gr. iiij.
M. F. *Pilul.* c. s. q. sirup. de Stœchad.

Pilulæ P. & E.

Rec. Aloës elect. unc. ij.
Myrrh. opt. unc. j.
Croc. or. unc. ß.
F. c. vinô aromatic. *Pilulæ.* dosis homini adul
à dr. ß. ad j.

Pilulæ lax.

Rec. Mas. pil. aloët. scr. ß.
Resin. Jalapp. gr. vij.
Merc. dulc. gr. iij.
Antim. diaph. simpl. gr. v.
M. F. c. Elix. propr. s. ac. *Pil.* Num. XX.
D. S. Die Helffte Abends/ und/ wo es nöthig/ d
andere helffte frühe drauf.

Pilulæ optimæ B.

Rec. Aloës hepat., & c. succô rosar. ad sole
Extractum para, evapora deindè, & da
grana X. per dies qvindecim circa vespera
ante cœnam, manè verò capienda sunt 3
grana extract. juniperi; sunt *pilulæ* chol
gogæ.

Pilulæ contra podagram, chiragram, genagram, do lorem ischiadicum, & omnes dolores acerbissime scorbutico-tartareos fixos & volatiles.

Rec. Aloës violat.

Extract

Extract. turbeth. ana. scr. j.
fumar.
card. bened. ana, gr. vj.
Resin. Jalapp.
Scammon. ana, scr. ß.
Merc. dulc. rit. præp. gr. x.
Antim. diaph. Mart. gr. v.
Ol. destill. anthos, gutt. v.
M. F. l. a. c. Tinct. Tartar. *Pilulæ* Num. LX. & aurentur; Dos. 9. biß 13.

Pilulæ G.

Rec. Extract. Aloës, dr. j.
Addatur Arcani duplicati tantum. q. s. F. *Pilulæ.*

Pilul. cephalicæ D. R.

Rec. Gumm. Galbani in acet. sqvill. dr. j.
Mastich. nigr. dr. ß.
Myrrh.
Castor. optim. ana, scr. j.
Aloës rosat. scr. iiij.
Croc. or. scr. ß.
Succin. alb. pulveris. gr. XII.
ol. fœnicul. gutt. VI.
M. F. Massa Pilular. Dos. scrup. ohngefehr Abends oder Morgends.

Pilul. B.

Rec. Aloës succotrin.
Myrrh. elect. ana, unc. j.
Extract. card. ben.

Extract. absynth.
cochlear.
fumar. ana, drachm. iiß.
Gumm. heder.
juniper.
Benzoës elect.
Flor. Sulphur. ana, dr. iß.
Therebinth. Venet. dr. iß. l. ij.
M. F. *Pil.* l. per se, l. c. Elix. propr. l. anim. rh
barb., & induc. fol. argent.

In diese Pillen kommt nichts chymisches/ nich
hitziges/ und entzündendes/ und nichts narcotische
sondern es sind lauter balsamische herrliche Ding
Und ist sich zuverwundern/ daß diese Pillen zu all
Temperamenten geschickt/ denn die trockene
feuchten sie/ die hitzige kühlen sie/ die kalte erwärm
sie/ die Verstopffung laxiren sie/ die Flüsse stillen s
Sind præservativè & curativè zugebrauchen. Do
biß zu XII.

Sie werden frühe nüchtern eingenommen
trocken oder warm/ worinnen beliebet/ er mag au
sonst essen oder trincken was er will/ doch mäßig/ w
Mäßigkeit zu allen Dingen gut; Gegen Abend gieb
2. oder drey Stulgänge/ zumahl/ wenn sie uf etlich
Tage adhibiret werden.

Pil. W.

Rec. Aloës succotrin.
Myrrh. rubr.
Croc. opt.
Trochisc. viperar.
Magist. Corall.

Ma

Magist. Margarit.
Cinnabar. antim. l. nativ.
Antim. diaph. simpl. l. solar. ana, dr. j.
Sulphur. antim. opt. parat. dr. iß.
Aur. fulmin.
Extract. opii, cum succ. cydon. parat. unc. j.
F. Pil. à gr. j. pil. ij.

Al.

Rec. Opii in acet. per coctionem soluti, filtrati & inspissati, unc. iß.
Croc.
Magist. perlar.
corall.
Trochisc. viperar. recent.
Myrrh. elect.
Aloës, ana, unc. j.
Aur. fulmin. sive aur. sulph. aur. Zwelfferi, drachm. ß.
ol. caryophyll. gutt. xx.
Antim. diaph. simpl. vel solar.
Cinnab. nativ. ana, drachm. j.
M. F. *Pilul.* s. a. pondere gr. j. dos. pil. gr. iij. ad vj. obducantur aur.

Opium elect. wird klein zerschnitten/ und in einen irdenen Tiegel über gelinden Feuer/ bey steten umrühren/ pulverisirt/ hirauf wird Wein/ Bier/ oder Eßig gegoßen/ denn läst mans über gelinden Feuer zergehen/ und exprimirts per lintea.

Al.

Rec. Extract. opij th. unc. ij.

Corall. r.
Croc. or.
Troch. de viper.
Myrrh. elect.
Aloes ſuccotrin. ana, dr. ij.
Antim. diaph.
Cinnab. nativ. ana, dr. iß.
Aur. dr. j. in Aqv. Reg. ſolut. & abſtract
depur. vel ſolut. aur. ver. ſine igne & corroſ. no
ol. caryophyl. gutt. xx.

M. F. *Pilul.*, Eine à 3. gran. doſ. 5. l. 6. gr
Abends eingenommen und gegen Morgen ſich zu
Schweiß bequehmet.

Al.

Rec. Opij Thebaic. c. ſpir. vini purif. dr. iij.
Myrrh. elect. dr. j.
Croc. or.
Bezoard. min. ana, ſcrup. j.
Magiſt. Corall.
perlar. ana, gr. x.
ſal. volat. ſuccin. dr. j.
ol. caryophyll. gutt. vij.

Miſc. c. ſirup. Corall. ad Maſſ. F. l. a. *Pilulæ.* d
à num. j. 4. ante l. poſt cibum recipiendæ, in mor
Gallicô, Gonorrhœâ, Gangræna, & aliis ſangvi
impuritatibus. Eſt Anodynum ſumme egregium

Pilulæ antihyſtericæ.

Rec. Gumm. ſagapen.
ammon.
myrrh. elect.

Gu

Gum. Aſæfœtid. ana, drachm. ß.
Extract. caſtor.
Troch. alhandal, ana, gr. xij.
Sal. volat C. C.
ſuccin.
Mercur. dulc. ana, gr. viij.
Camphor. gr. vi.
Limat. Mart. drachm. j.

Miſc. Fiant c. Eſſent. ſuccini *Pilulæ*, ex ſcrupulo uno xx., de quibus capiat ægra ſingulo die XIV.

Maſſa pilularum.

Rec. Extract. card. benedict.
fumar.
Gumm. ammon. in acet. ſqvillitic. ſolut. ana, drachm. j.
Myrrh. optim.
Aloës ſuccotrin. ana, ſcrup. j.
Gumm. heder. drachm. ß. ad ſcrup. ij.
Croc. pulveriſ. gr. xv.

Medicamentum aperiens ſ. abſtergens aromat. qvàdam volatili penetratione præditum & conſpicuum, pro doſ. ſcrup. j.

NB. Gum. heder. eſt aromatico-nervinum.

Pilulæ Cordiales & Cephalicæ.

Recip. Ambr. gryſ. opt. drachm. j., ſolvatur in
Olei cinam. ſcrup. un.
caryophyll. ſcrup. ß.
Nuc. moſchat. expr. dr. j.
Qvibus invicem benè mixtis, adde
Pulv. cardamom.

Pulv. Nuc. moſchat. ana, dr. iij.
croc. or. dr. iß.
Sem. carvi,
aniſ. ana, dr. iß.
Extract. lign. Aloës,
Reſinæ ſtoracis calam. ana dr. ij.
Miſceantur exacte ac c. ſ. q.
Mellis anthoſ. F. Maſſa, ex qvâ *Pilulæ* eff[...] mandæ, vel in aliqua Medicamenti for[...] propinanda.

Caput, cerebrum, ſenſusque omnes, ventri[...] lum inſuper, & totum corpus roborant, [...] helitum putridum & fœtidum emendant [...] ritusque animales & vitales recreant.

Pilulæ antifebriles.

Rec. Extract. card. bened. drachm. ß.
centaur. min. ſcrup. j.
C. C. uſt. præp.
Antim. nativ. min. pulveriſ.
ſal abſynth. ana, ſcrup. ß.
Opij correct. gr. ß. l. j.
F. c. ſirup. de card. bened. *Pilul.* No. xx. E[...] hibeantur ante paroxyſmum expecteturque ſudo[...]

Pilulæ de ſtyrace, ſive, Laudanum pectorale.

Rec. Styrac. calamit. dr. ij.
Laudan.
Oliban.
Myrrh. ana, dr. j.
Succ. glyzyrrh. dr. iß.
Ambr. gryſ. ſcrup. j.

Extract

Extract. opij per acet. parat. dr. j.
croc. c. ſpirit. vin. fact. ſcr. iiij.
M. c. ſirup. de cort. citr. dr. ij. F.
Maſſa pilul.
Doſis gran. x. ſiſtit pertinaciſſimam tuſſim & catarrhum ferinum.

Pilul. contr. tuſſim.

Rec. ſucc liquirit.
Thur. ana, dr. j.
Myrrh.
Croc.
Opij, ana, ſcr. j.
F. Maſſ. pil. c. ſir. pap. err. q. ſ.
Catarrhos ſubtiles & ſálſos à cápite ad pectus incraſſant, ebullitiones humorum ſiſtunt, tuſſimque ſedant.
Doſ. à gr. vij. ad ſcr. ß.

Pilulæ contra vomitum & diarrhœam.

Rec. Granor. maſtich elect. gran. x.
laud. opiat. gr. iij.
Ol. cinam. gutt. ij.
M. F. P*ilul.* Num. x.
S. Pillen wovon alle viertel-halbe-oder gantze Stunden/ nach dem es noth/ eine zuſchlucken.

P*ilul. purg.*

Rec. Aloës roſat. ſcr. j.
Extract. rhabarb. ſcr. ß.
M. F. c. ſpir. maſtich. *pil.* Num. LX. l. LXX. pulvere cinam. aſperg. D. S. Gelinde Purgier-Pillen/ auf ein-oder 2.-mahl.

XXV.

In *Trochiscis, Rotulis & Morsulis*, major qvic[...] evidentia & necessitas est pulverum; qvoniam [...]men hæ (*pilulæ* scil.) freqventius expetuntur & p[...]scribuntur, placuit has illis præmittere. Necess[...] itaqve in *Trochiscis* sunt pulveres, non solum [...] terris & pulverabilibus, sed etiam gummosis c[...]buscunqve; qvi, si ex ingredientibus multum g[...]tinosis constent, cum melle, aut sirupo conve[...]ente; sin vero minus, cum tragacantho in Ac[...] appropriata soluto possunt incorporari & form[...] in globulos, qvibus deinde pro lubitu stellulæ, [...] alii characteres imprimuntur. Puveres non co[...]mode infra unc. sem. nec ultra unc. j. recipiunt[...] tragacanthum hisce additur q. sufficit. Raro ho[...] præscribuntur, nisi in affectibus pectoris, ut tussi, c[...] fluxionibus, raucedine, it. ad oris vitia emendand[...] ut in exulcerationibus scorbuticis gingivarum, [...] hinc proveniente halitu graveolenti. In contagio[...] temporum & morborum constitutionibus in u[...] etiam sunt sub lingva positi, ut sensim solvantur [...] præservationem.

Nota.

Trochisci plerumq; admisceantur c. gumm. tr[...]gacanth. (si medicamenta non sunt glutinosa,) [...] consistentiam.

Trochisci antiscorbutici sublinguales, in gingivaru[...] exulceratione.

Rec. Gumm. lacc. unc. ß.
Myrrhæ drachm. iij.
Alum, ust.

Bo[...]

Bol. Armen. an. scrup. j.
M. c. sirup. myrtin. (Heydelbeer) vel mell. rosat.
q. s. F. *Globuli*, ad qvantitatem pisi majoris, deinde imprimatur character pro lubitu; deqvibus singulo mane unum vel alter. assumend.

Trochisc. ad gingivas laxas, & halitus graveolentiam.

Rec. Terr. catechu, drachm. ij.
Moschi, gr. iiij.
M. c. Spir. vin. simpl. q. s. F. *Trochisculi* oblongi, in ore detinendi,

Trochisc. ad præservationem in peste, aliisqve morbis contagiosis.

Rec. Pulv. rad. Angelic.
Carolin. an drachm. jß.
Myrrhæ, drachm. j.
C. C. sine ign.
Antimon. diaphor. simpl. ana drachm. ß.
M. c. tragacanth. in Aq. scabios. q. s. solut.
F. *Trochisci* sub-lingvales.

Trochisc. apophlegmatizantes, in gravedine capitis, &c.

Rec. Mastich.
Olibani, an. drachm. ij.
Pulveris rad. pyrethri,
folior. salviæ, an. dracham. j.
Sal. prunel scrup. ij.
M. c. tragacanth. in s. q. prunel. solut. F. *Trochisci* apophlegmatiz. in ore volutandi.

Tro-

Trochisci Bechici-albi.

Rec. Semin. 4. frigid. maj. excort. unc. iß.
papaver. alb.
pinear. mundat. ana, unc. j.

Contundantur minutissimè ad formam tis, affusâ paulatim aqv. rosar. suff. qvant. ut per brum setaceum angustum ferè totaliter transi qveant, qvâ asservatâ pulticulâ, accipe.

Pulv. sachar. Canar. alb. unc. sedecim.
Rad. ireos Flor. albissimæ,
Amyli, ana, unc. iij.

Et cum superiori seminum pulpâ
(si verò illa non suffecerit, mucilaginis Traga thi s. q. addita.)

Fiat Massa tenax, addendo, si libet, aliqvid anisi, aut etiam Moschi, formenturque ex *Trochisci.*

Pectori dicati, ad Tussim & Catarrhos tenue crassandos proficui.

Trochisci Bechici nigri.

Rec. Semin. 4. frigid. maj. excort. unc. ij.
papav. alb. unc. j.

Ex his minutissimè contusis, affusâ paulatim q. succi liqviritiæ in Aqua Rosarum diluti, efficia pulpa, per cribrum setaceum angustum transm tenda, qvâ interim servatâ dissolve seorsim

Succi liqvirit. nigr. concret. unc. iiij. l. v. in suff qvant.
Aquæ rosar. fragrantis,
ad pultis formam:

Qvibus pulpis, in mortariô commixtis, adde

Resin

Reſinæ ſtorac. calam. unc. j.
Pulv. rad. ireos Flor. unc. iij.
ſem. aniſi,
fœnicul. ana, unc. j.
Sachar. Canar. alb. lb. iiß.

Et Fiat (ſi ſuperiores pulpæ non ſuffecerint) ditâ ſuff. qvantitate Mucilag. Tragacanthi, Maſ- ſeu Paſta, ex qvâ formentur *Trochiſci pectorales,* uſſientibus & Catarrhoſis dicati.

Trochiſci ambrati & Moſchati.

Rec. Ambr. gryſ. drachm. ij.
ſubigantur in mortario cum
ſem. citri excort. vel Amygd. dulc. decort. drachm. iß.
& cum
Sachari citrati unciis duabus
permiſceantur.
Porro:
Rec. Moſchi or. optim. drachm. j.
ſolve in portiuncula Aqv. roſ. ad pultic. atqve cum
Eſſentiæ citri ſeu Sachari Roſati uncia
una ſemis permiſce.
Hisqve ſuperadde
Pulv. lign. Aloës ponderoſi, unc. j.

Ex omnibus exactè mixtis, additâ ſ. q. Mucilag. ragacanth., Aqvâ roſar. extractæ, Fiat Paſta, ex vâ formentur *Trochiſci.*

Præſtantiſſimi ſunt in Cerebro & Corde ro- orando, ut & totam naturam reſtaurando, proin- de

de ſenibus valdè proficui. Sachari tamen pon
nonnunqvam ad lubitum augeri poteſt.

Trochiſci moſchardini, aliàs Confectio mo ſchardina: Corpus ſine animâ.

Rec. Moſchi ex Aqv. roſar. diſſolut. ſcrup. j.
Sachar. albiſſim. drachm. vj.
Amyli, drachm. v.
Alterantur piſtillo, & cum mucilag tragacanth. (ex unc. j.) in Aqv. roſar. cta, ſ. grana inſtar hordeaceorum, exſiccentur in umbra, pro uſu.

N. Sunt, qvi ſangvinem draconis dr. ij. addu Svaveolentiam oris emendant, ſi paſti unus ac alter in ore detineantur.

Trochiſci bechici rubri antipleuritici & pectorales.

Rec. Species omnes Trochiſc. Bech. albos gredientes,
qvibus adde
Extract. Flor. papav. errat. l. rhæad. unc. ij.
rad. enulæ, dr. ij.
Pulv. Bol. armen. præp. unc. iß.
croc. opt. dr. ij.

Ex omnibus probè unitis fiat, beneficio mu laginis Tragacanthi (ſi pulpæ ſeminum & pine rum non ſuffecerint,) cum infuſione flor. papa rhead. factæ, Maſſa ſeu Paſta ſ. a. ex qva formen *Trochiſci.*

Qvi in omnibus affectibus pectoris, tuſſi an qvâ, pluritide, ſputô cruentô, imò in phthiſi ipſ cum emolumentô exhibentur. Tro

Trochiſci de benzoë ad uſum internum.

Rec. Sachari Can. alb. lb. j. Solutum in ſ. q. Aqvæ roſar. fragr. ad conſiſtent. Tabulati coqvendo redigatur; in qvo ab igne remoto diſſolve.
Reſin. ſtorac. Calam. per expreſſion.
factæ, unc. j.
item, ubi parum refrixerint,
Pulv. benzoes elect. in gran. drachm. vj.
Lign. aloës opt. gummoſ. unc. ß.
Rad. ireos Flor. unc. j.
Moſchi orient., in nonnullis guttulis
Aqv. roſar. ad pultic. ſoluti, ſcr. j.
&, ſi in promptu ſit,
Olei benzoës ſtillat. fragrantis, dr. j.
E quibus omnibus mixtis, addita ſuffic. quant. ucilag. Tragacanth. cum Aqv. Flor. aurant. factæ, ormetur Paſta, ex qvâ tandem formentur *Trochi-* laudatiſſimi, pro uſu internô, in affectibus pecto-, & aſthmaticis utiliter adhibendi.

Trochiſci cephalici ſeu capitales

Rec. Sachari Canar. alb. unc. vj.
ſolvatur in ſ. q. Aqv. roſar., ac denuo ad conſiſtentiam Tabulati parum coquatur, in quo ab igne remoto diſſolve
Ambr. gryſeæ ſcrupul. j. l. dr. ß.
prius tamen cum
Sem. citri excort. ſcrup. j.
probè ſubactæ,
Reſinæ ſtorac. Calam. dr. j.
His bene mixtis & diſſolutis ſuperadde ſtatim

Conſ.

Conſ. Flor. betonic.
aurant. ana ex anatica qvantit. Flo[illegible]
ſachar. parat. unc. j.
Pulv. Rad. doronic. veri,
Lign. aloës, ana, dr. iiß.
Nuc. moſchat. dr. ij.
Macis,
Cardamom.
Cubebar. ana, drachm. iß.
Elæoſachar. cinamom. dr. vj.
caryophyll. unc. ß.
Sumendo drachmam ſemis Oleorum pro [illegible]
ciâ unâ pul. ſachari
ſachar. roſat. unc. j.
Et c. ſuffic. qvant. Mucilag. Tragacanth. c. A[illegible]
roſar. fragr. extractæ fiat Paſta, ſeu Maſſa [illegible]
nax, ex qva *Trochiſci* formandi, Cerebr[illegible]
& totum Caput, ut & ventriculum inſign[illegible]
roborantes.

Trochiſci cordiales Regij.

Rec. Sachar. Can. alb. unc. vi.
cui in pulverem redacto, adde
Ambr. gryſeæ, drachm. ß.,
prius cum
Sem. citri excort. ſcrupulo uno probè
ſubactæ:
item:
Moſch. or. opt. ſcrupul. unum
cum
nonnullis guttulis Aqv. Flor. Aurant. in pul[illegible]
culam redacti,

Co[illegible]

Cort. aurant.
citri, ana, rec. extim. ex radulâ comminutor.
& contuſ. ſubtiliter, dr. vj.
Magiſt. Margarit. or. dr. ß.
corall. r.
Matris perlar. ana, dr. ij.
Elæoſachari Cinamomi, unc. j.
Sachari roſati, unc. j.
Miſceantur exactè, ac cum ſuffic. qvant. Traga-
nth. in Aqv. roſar. ſolut. F. Paſta, ex qvâ *Trochi-*
efformandi;
Qvi vires collapſas reficiunt, Spiritus vitales
animales recreant, & gratum anhelitum effi-
nt.

XXVI.

Rotulæ, qvæ a forma ita dicuntur qvaſi parvæ ro-
nec ingredientibus, nec forma, a trochiſcis mul-
n differunt, niſi qvod hic ingredientibus freqven-
addantur extracta & olea deſtillata. Excipiens,
od in Trochiſcis erat tragacanthum, hic eſt Sa-
rum, Pulveres pro Rotulis haud bene infra unc.
ad drachmas vj. nec ultra unc. ß. præſcribuntur,
ut ad pulverum excipiendorum drachm. j. ad-
ur de extractis ſcrup. ß., de oleis deſtill. gutt. iij.
iv. ſachari vero unc. ß. in appropriata aqva pri-
ſoluti, & in igne iterum inſpiſſati; Nonnulli ſu-
nt tot uncias ſachari, qvot drachmæ ſunt Pul-
um, ſed parum commode; interdum ſacharum
n determinatur, ſed apponitur. q. ſ. Fiunt etiam
tulæ absq; pulveribus, ex ſolo ſacharo & ſucco
dulo, e.g. berberum, ribium &c. Communes ve-

ro *Rotulæ* in officinis, uti sunt: *Manus Christi* ... *plices, & perlatæ, &c.* illini possunt Spiritibu... oleis destillatis, & sic specificari ad pectoris & ... triculi affectus. Si sic paratæ sunt, dantur ac... tulam, ut una aut altera pro lubitu, aut dete... nato numero, pro dosi nempe duæ, 3. vel 4. i... detentæ, sensim liqvescant, in affectibus pect... ut asthmate pituitoso, tussi humida, reliqvi... pulmonum debilitatibus. Sæpiuscule infant... præscribuntur, ut purgantia, aut anthelmint... sachari dulcedine occultentur, & sic lingva pu... rum fallatur.

Nota:

In præparatione sacharatorum, e.g. Rotular... Trochisc. Sacharum prius solvatur in Aqv... propriata, tunc inspissetur ad ignem, so lan... biß/ wann der Zucker in die Lufft ... schwänget wird/ flieget wie Schn... Flocken/ so ist er recht *inspissiret*/ und ... ist die beste Probe; *tunc aliæ species sec... immisceantur; Extracta resinosa si immisc... tur, prius solvenda tantillo spirit. vini, & si... mum addi; Olea destillata ultimo tandem, ... qvis addenda, ne in calore ignis avolent, aut... sunt, Rotulis jam tum effusis, in tabula illini; ... sinosa gravia commodius abesse possunt.*

Rotulæ purgantes in pueris, aliisqve:

Rec. Pulv. rad. jalapp.
folior. senn. an. drachm. j...
Extract. rhabarb. scrup j.
trochiscor. alhandal. gr. viij.
Crem...

Cremor. Tartari, ſcrup. ij.
C. C. uſt. ſcrup. j.
M. F. c.Sachar. in Aq. flor. ſambuc. ſolut. unc. ij. *Rotulæ* ad doſes iv. vel vj.

Rotulæ antihelminticæ, præſertim in pueris.

Rec. Corallinæ, (Corallen-Mooß) drachm. ij.
Corall rubr. præp. drachm. j.
Sem. ſantonici, ſcrup. ij.
Mercur. dulc. drachm. ß.
Scammon. ſulphurat.
Extract. aloës, ana, ſcrup. j.
M. c. ſachar. unc. ijß. in Aqva flor. perſicor. ſolut. F. *Rotulæ*, pro doſi ſcrup. j. ad drachm. ß.

Rotulæ ad confortandam memoriam & cerebrum.

Rec. Pulv. cubebar.
cinamom.
cardam. min. an. drachm. iij.
Maſtichis.
ſuccini alb. præp. an. drachm. ij.
Moſchi, gr iij. ſolvendi in
oleo deſtillat. cario-phyllor.
anthos, an. gutt. vj.
c.ſach.unc.vij. in Aqva magna nimitat. q. ſ. ſolut. F. *Rotulæ*, de qvibus una vel altera mane ſumatur pro confortanda memoria.

Rotulæ in aſthmate pituitoſo.

Rec. Pulv. rad. helen. drachm. ij.
Sem. aniſ.
Specier. Diagalang.

Antimon. diaph. an. drachm. j.
Extract. ireos Florent. drachm. ß.
Ol. Angelic. gutt. xij.
M. c. ſachar. unc. iij. in Aq. hyſop. q. ſ. ſoluti, F. *Rotulæ* pectorales.

Rotulæ pectorales, P. S.

Rec. Sachar. albiſſ. unc. j.
Flor. ſulphur. benzoinat. drachm. ij.
Ambr. gryſ. gr. vj.
Moſch. or. gr. ij.
Ol. fœnicul. gutt. iij.
Gumm. tragacanth. in Aqv. ſcabioſ. infuſ. q. ſ. Maſſa.

Rotulæ infantiles laxativæ.

Rec. Cranij human. præp. drachm. ij.
Mercur. per ſextam ſublimat. dulcificat.
Rad. Jalapp. ana, drachm. j.
Margarit. præp. ſcrup. ij.
Confect. alkerm. drachm. ß.
Ol. cinnamom. gutt. vj.
Sach. in aqv. ſcord. ſolut. unc. iiij.
F. *Rotulæ.*

Vermes necant, & inde genitam Epilepſiam cent.

Diacitrium ſolidum ſolutivum.

Rec. Sachari albiſſ. pulveriſat. lb. ß.

Solvatur ſ. a. in ſ. q. Succi citri recenter & jam expreſſi, ſine ebullitione tamen, in patellâ f reâ; cui ab igne remoto & nimio fervore non hil remittente adde

M

Magiſt. Jalapp. Amygdalis dulcibus decort. probè ſubacti drachm. iij. vel unc. ß.
prius autem cum
Cortic. citr. rec. extimorum, & in mortario lapideo ſubtiliter contuſorum ad formam pultis drachmis tribus, vel unc. ß. vel una, permixti.
Fiat l. a. Confectio ſolida, ſive in forma *Rotulam* ſive Morſellorum delicatiſſima. Doſis dr. iij unc. ß.

Manus Chriſti, ſive Tabulæ perlatæ confortantes.

Rec. Magiſt. ſolub. perlar. or.
&
Magiſt. ſolub. Corall. rub. & Matr. perlar. ana, drachm. ij.
Diſſolvantur c. ſuff. qvant. ſucci citri recenter jamjam expreſſi ad formam pulticulæ, qvâ pulpulâ porrò
Sachar. Can. alb. pulv. lb. j.
Solvatur in patellâ ferreâ, ut moris eſt, in conctione tabularum cum ſuccis acidis parandarum, æ ebullitione, nimirum addendo
Eſſentiæ citri ſacharinæ, unc. j.
vel, ſi odor Roſarum magis delectet,
Eſſent. roſar. unc. j.
F. *Rotulæ* Perlatæ præſtantes in omnibus animi defectionibus ſalutariter exhibendæ.
Nota: In defectu ſucci citri aut limoniorum recenter expreſſi, ſuccus berberum aut ribium ſurrogetur.

Rotulæ al. pectorales. P. R.

Rec. Sachar. alb. Can. lb. j.
Solvatur vel in
Succi sempervivi majoris depurati lb. ß.
in qvo prius
Rad. enulæ incisæ unc. ß.
ireos Florent. drachm. ij.
parum ebullierint
vel etiam in
Aqv. rosar. fragrant. sine addit. still. lbß.
in qva prius
Rad. Enulæ unc. ß.
ireos Flor. drachm. iiij.
aliqvandiu tantum infusæ & maceratæ fue
Coqvantur ad Consistentiam Tabulati, cu
igne remoto injice
Resinæ storacis calam. dr. ij.
Spec. diaireos, unc. iß.
Pulv. rad. enulæ, drachm. ij.
& si lubet:
Pulv. Croc. opt. dr. j.
Essent. Rosat. Sacharin.
Elæosachari anisi ana, unc. ß.

F. s. a. *Rotulæ* vel Morsuli, in affectibus pect catarrhosis, tussi diuturnâ, pleuritide, & pht ipsa perutiles.

Sacharum rosatum tabulatum.

Rec. Pulv. Flor. Rosar. rubicundiss. unc. ij.
qvibus superaffundatur
Succ. citri vel berberum q. s. ut fiat instar p menti.

J

Jam

Rec. Sachar. Can. albi pulveriſati, lb.j.
qvod in patella ſupra ignem cum prædicti Roſarum pulmenti ſuffic. qvant. liqvefac & diſſolve, in modum, ac ſi Tabulæ ex ſucco aliqvo acido efformari animus eſſet: remoto poſt ab igne, nullâ factâ ebullitione aut coctione, Fiant Morſuli vel *Rotulæ*; cavendo tamen, ne nimium ſucci citri pulveri Roſarum affundatur, qvo ambæ unciæ Roſarum Sacharo deſtinato imprimi qveant: pro odore tamen gratô eidem ſacharo conciliando, præſtaret, nonnihil de Eſſentia Roſata Sacharina ultimo ipſi ante fuſionem adjeciſſe.

XXVII.

In *Morſulis*, ſive *Tabulis* præſcribendis hodie [m]edici plerumqve ſunt parciores, qvoniam partim [e]ndem habent finem in iisdem morbis cum Rotu[lis], partim, qvia ſufficiens eorum copia jam tum [in] pharmacopoliis proſtat; Si qvis tamen geſtiat de [n]ovo *Morſulos* præſcribere, ut fortaſſis ægri placitis [re]ſpondeat, omiſſis ſupervacaneis, uti ſunt amyg[d]alæ dulces, pinei, & piſtacea, & etiam conſervæ, [n]e ſine fructu moles augeatur, recipiat de aroma[ti]bus G. M. pulveriſatis conditis inciſis, aliisqve in[g]redientibus ad minimum unc. unam, ad ſummum [v]ero unc. ij. raro unc. iij. addita tripla parte ſa[c]hari, i. e. ad ſingulam unciam pulverum unc. iij. [ſ]achari, itidem, ut in morſulis per Aqvam appro[p]riat. ſoluti & inſpiſſati.

Nota:

Morſuli diacarthami leniter & ſvaviſſime pur-gant.

Morſuli in frigiditate ventriculi & capitis.

Rec. conditur. Zinziber. Indic.
cortic. citr. an. unc. ß.
Pulv. Zedoar.
Galang. an. drachm. iij.
Caryophyll. arom. drachm. ij.
M. c. ſachar. in Aqv. cydon. ſolut. unc. vj.
F. *Morſuli* ſtomachici.

Morſuli in Venere langvida utriusqve ſexus.

Rec. Conditur. radic. Satyrii, drachm. vj.
eryngii, unc. ß.
Pulv. ſemin. eruc. drachm. iij.
ſtinci marin. drachm. ij.
cantharid. absqve capit. alis, & pe-
ſcrup. ß.
Cinamom. drachm. iij. vel unc. j.
M. c. ſachari unc. vj. ſolutis in Aqva magnan-
mitat. & Aq. Satyrii, ana, q. ſ. ut F.
Morſuli, ſign. Alamode-Morſellen/ wovo-
nach Belieben ein Stückgen zu eſſen.

Nota:

Cantharides etiam poſſunt omitti.

Morſelli Cephalici Regii. P. R.

Rec. Sachar. Canar. alb. lb. ß. l. unc. viij:
Solvantur in portiuncula aqvæ Cinamom-
vel florum Aurantiorum, & ad conſiſtenti-
am

am Tabulati coqvantur; in qvo ab igne re-
moto liqvefac

Ambræ gryſ. drachm. ß. l. j.
prius tamen cum
Sem. Citri excort. drachm. ß.
probè ſubactæ:
Superaddendo ſtatim
Moſch. oriental. opt. ſcrup. j.
cum
Aqvæ Florum Aurantiorum exigua port.
in pultem redacti,
Nucum Indicarum condit. & craſſiuſculè
inciſarum, unc. j.
Conſ. Flor. Aurant.
tunicæ, ana, dr. vj.
Piſtach. decort. & conciſ. unc. j.
Elæoſachar. Cinamom. drachm. vj., ſumendo drachm. ß. Olei pro uncia una Sachari,
Eſſentiæ Roſatæ Sacharinæ unc. j.

Fiant *Morſelli* confortantes & Cephalici, Caput, Cerebrum, ac univerſum Nervoſum genus inſigniter roborantes.

Al.

Rec. Sachar. alb. Can. lb. j.
Solvatur in portiuncula Aqvæ Cinamomi, vel Florum Aurantiorum, & ad conſiſtentiam Tabulati denuò, coqvendo parum, rediguntur, cui ab igne remoto adde, ac in eo liqvefac

Ambræ gryſeæ drachm. ß.
prius cum
Sem. citri excort. ſcrup. j.
probè ſubactæ
Reſinæ Storacis Calam. drachm. j.
Extr. ligni Aloës dextrè parat. dr. iß.
Superaddendo ſtatim his liqvefactis
Nuc. Indicar. condit. & conſciſſar.
unc. j.
Conſerv. Flor. anthos,
betonic.
tunic. ana,
Piſtach. decort. & craſſ. inciſ. unc. j.
Pulv. rad. Doronic. ver.
Cardamomi min.
Nucum Moſchat. ana, unc. ß.
Elæoſachar. Cinamom. unc. j.
Eſſent. Roſar. Sacharin. dr. vj.

F. *Morſuli* præſtantiſſimi: Cerebrum ac unive[r]ſum nervoſum genus, ut & Ventriculum frigidu[m] inſigniter roborantes.

Morſelli confortantes viriles.

℞. Sachar. Can. alb. ℔j.
Solvatur in ſ. q. Aqvæ Cinamomi, in qva rad[i]ces Satyrionis aliqvandiu maceratæ fuerint, [&] denuò ad Tabulati conſiſtentiam percoqvatu[r] in qvo ab igne remoto diſſolvatur
Ambræ gryſ. drachm. j., vel drachm. ſemi[s] plus minusvè pro fortuna & conditione Pa[-]tientis,
addendo ſtatim

Rad[.]

Rad. ſatyrionis condit. & conſciſſ. unc. iß.
Nuc. Indic. cond. dr. vj.
Zinziber. Indic. cond. unc. j.
Cort. aurant. cond. unc. ß.
Carnis ſtinci marin.,
Veratri Cervi raſpat. ana, dr. iij.
Piſtach. excort.
Pinear. mund. ana, inciſ. dr. vj.
Cardam. min.
Sem. erûc.
lingvæ avis,
Macis,
Piper. longi, ana, dr. iij.
Ol. cinamom. opt. ſtill. ſcr. j.
Caryophyll. ſcr. ß.
prius cum
Eſſentiæ citri ſacharin. unc. j. permixtorum
Fiant *Morſelli* egregiè confortantes, ac ſemen inſuper augentes.

Morſuli confortantes.

℞. Sachar. alb. Can. in aqv. roſar. ſol. ℔j. percoqve ad conſiſtentiam Tabulati, in qvo ab igne remoto, & nonnihil à fervore remittente, diſſolve
Ambræ gryſ. ſcrup. j. l. dr. ß.
ſuperaddendo
Piſtach. excort.
Pinear. Mundat.
Amygd. dulc. excort. ana, dr. vj.
Nuc. Indic. cond. unc. jß.

Ol.

Ol. cinamom. ſcr. iß.
Caryophyll. ſcr. ß.
Nuc. moſchat. expr. dr. ß.
prius cum
Eſſentiæ citri vel Roſar. ſacharinæ unc. iß.
permixtorum
F. l. a. *Morſuli.*

Morſuli Hepatici.

Rec. Rad. Cichorii ſylv. rec. unc. iij.
Flor. roſar. rub. rec. unc. j.
Ligni ſantali rubri, dr. ij.
Fiat c. ſ. q. Aquæ ſimpl. decoctio ad unc. x. circ-
ter: cum decoctô hôc colatô & probè clarificat
diſſolve
Sachar. Can. albi, ℔j.
ac denûò coqvendo ad conſiſtentiam Tabulati r
digatur, cui ab igne remoto adde
Conſerv. Roſar. r. ex anatica qvantitate Ro
ſarum & Sachari paratæ, unc. ij.
Hepat. nobil. itidem ex anaticâ qvan
Flor. & ſachar. factæ, unc. iß.
Flor. tunicæ, unc. j.
Cort. aurant.
citr. ana, rec. & radulâ ſubtiliſſ. com
minut. unc. ß.
Nuc. moſchat. conſciſſ. unc. ß.
Magiſt. ſolub. corall. r. dr. iij.
F. *Morſuli.* ſ. a.

Valent ad Hepar roborandum, ejusdemque ob-
ſtructionibus reſerandis Cachecticis, & Hydropi-
cis ſuccurrunt.

Morsuli stomachici.

℞. Rad. Acori,
Calami aromat.
Galangæ, ana, dr. iij.
Zinzib. dr. iß.

Incisæ coqvantur parum in s. q. Aqvæ simpl. ad ℔ß. circiter: cum colatura solvatur
Sachari alb. Can. ℔.

denuò ad consistentiam Tabulati coqvendo regatur, cui remoto ab igne adde
Nuc. Indic. condit. & consciss. unc. j.
Calami aromatic. condit.
Cort. aurant.
citri, ana cond. & consciss. unc. ß.
Amygd. dulc. excort.
Pistach. decort. ana incisor. unc. j.
Nuc. moschat. conqvass. unc. ß.
Cardamom. min. dr. iij.
Macis,
Piper. long.
Caryophyll. ana, dr. iß.
Cinam. acut. incis. unc. ß.

F. s. a. *Morsuli*, qvi stomachum & reliqva viscera infrigidata confortant, appetitumqve excitant, flatus comprimunt.

XXIIX.

Seqvuntur *Linimenta* & *Ungventa*, qvorum exigua differentia vix hodie attenditur. Ex oleis namqve tum infusis sive coctis, tum expressis & pingvedinibus, fiunt *Linimenta*: His si consistentia paulo

paulo craſſior inducatur, tantillo ceræ adjecto
vadunt *Ungventa.* Utrisqve excipiuntur pulver
ſæpius minerales, rarius vegetabiles; Videndum
nim, *NB.* ne pori cutis iisdem magis conſtipen
qvam aperiantur. Præſcribuntur a drachmis 2 b
ad uncias ij. In Unguentis ad unc. j olei vel ping
dinis additur cera a drachm. j. ad drachmas ij.
Ungventa officinalia recipiantur, & pulveres
novo addantur, præſcribitur ſimul olei conveni
tis. q. ſ. Memorandum hic obiter non nihil de *B*
ſamis, qvæ nihil aliud ſunt, qvam Ungventa
Linimenta fragrantiora, de qvibus inſuper nota
dum, qvod in iis Excipiens plerumqve ſit oleu
Nuc. Moſchat. expreſſum, vel per ſe, vel prius
alcohol vini extractum, & omni odore & colo
ſuo ſpoliatum, ut nihil niſi magna inodorum
maneat tanqvam corpus commune pro Balſam
Non in tanta qvantitate præſcribuntur uti Ungve
ta vel Linimenta, ſed communiter a drachm.
ad ij. vel iij. drachm. Corporis pro Balſamo ſumit
de oleis deſtillatis, ſcrup. ſem, de pulveribus,
camphor. benzoës, ſtyrac. calamin. croci, &c.
& extractis herbarum ſvaveolentium à ſcru
ß. ad ſcrup. j. Linimenta & Ungventa adhibent
in exulcerationibus, ulceribus, & tumoribus ext
nis, ubi reſolvendum, diſcutiendum, emolliendu
Balſama præſcribuntur ad ſomnum movendum
dolores ſiſtendos, in colica & reliqvis affectibus ve
triculi, &c. Nota:

Expreſſio olei Nuc. Moſch. per Spir. vin. ſub
liſſ. melior eſt, qvam per ſe ad Balſama, pr
ſert

ſertim forte fragrantia, e.g. apoplect. cinamom. &c. ne impediatur odor oleorum bene fragrantium.

Linimentum ad ambuſta.

Rec. Ol. momordic. vel hypericon. unc. j. vel unc. ij.
Sachar. Saturn. drachm. j. vel ij.
Camphor. Scrup. ß.
Lixivii calc. viv. q. ſ.
M. F. *Linimentum.*

Linimentum ad hæmorrhoides dolentes, i. e. cæcas.

Rec. Ungv. de ceruſſ. unc. ß.
ol. hypericon. drachm. j.
camphor. ſcrup. j.
M. F. *Linimentum.*

Ungventum in ſcabie.

Rec. Ungv. de lythargyr. unc. iß.
pomat. unc. ß.
Mercur. præcipitat. alb.
Flor. Sulphur. an. drachm. j.
ol. deſtill. lign. Rhod. ſcrup. ß.
roſar. q. ſ.
M. F. *Ungventum.*

Vel:

Rec. Ungv. albi camphorat. unc j.
Mercur. dulc. drachm. ij.
M. c. ol. Nicotian. q. ſ. F. *Unguentum* ad ſcabiem, qvo articuli manuum & pedum inungendi.

Un-

Ungventum nervinum in contracturis.

Rec. Ungv. camphorat. alb. unc. iß.
ol. lumbricor. terreſtr.
hypericon. an. drachm. j.
Spir. Sal. armen.
formicar. an. gutt. xv.
M. F. *Ungventum.*

Ungventum in abdomine duro infantum.

Rec. Ungv. dialth. drachm. iij.
Ol. Nuc. Moſch. expr. drachm. j.
deſtill. anniſ.
tanaceti, an, ſcrup. ß.
coct. abſynth. q. ſ.
M. F. *Ungventum.*

Balſamus apoplecticus,
Schlag-Balſam.

℞. Corporis pro Balſamo, drachm. ij.
ol. deſtill. majoran.
lavendul.
anthos.
cinamom.
caryophyll. an. gutt. iiij.
ſuccin.
ſerpill. an. gutt. iij.
Ambræ gryſeæ, gr. vj.
Moſchi,
Zibethi, an. gr. ij.
M. F. *Balſamus* Apoplecticus, tingendus tant-
lo umbræ.

Balſ

[Bal]samus apoplecticus sine ambra, moscho, & zi[be]th. Vors Frauen-Zimmer/ welches dergleichen nicht vertragen kan.

℞. Ol. nuc. Moschat. legitim. express. drachm. iiiß.
stillat. cinamom.
coriandr.
lavendul.
majoran.
rorismar.
salv.
succin. ana, scrup. ß.
Balsam. Peruvian. scrup. ij. Misc. omnia exacte l. a. s. igne. F. *Balsam.* pro usu asservand.

Balsamus anti-catarrhalis.

℞. Corp. pro Balsam. drachm. ij.
Sal. volat. succin. gr. viij.
ol. destill. lavendul.
rut. an. gutt. vj.
caryophyll. gutt. v.
lign. Rhod. gutt. iiij.
laud. opiat. gr. ij.
ol. express. hyosciam. q. s.
M. F. Balsamus, D. S.
Balsam/ öffters an die Schläffe zu streichen.

Balsamus cinamomi.

℞. Corp. pro balsam. drachm. j.
ol. destill. cinamom. scrup. ß.
M. F. *Balsamus* cinamomi, tingendus tantillo umbræ, vel magisterio cinamomi.

Nota:

(1.) *Hoc modo, ut Balſ. cinam. omnia balſama plicia componuntur, ſi ſaltem olea mutantur; rutæ, roſar. ſalviæ, rorismar. &c.*

(2.) *Balſama tinguntur magiſteriis ſui generis, mus eſt modus, qvia nanſcuntur colorem fere ralem, e.g. Balſamus rutæ tingatur magiſterio Balſam9 cinamom. tingatur magiſterio cinamom.*

Balſamum ſuccini, ſive anticatarrhale.

℞. Corpor. pro Balſam. drachm. j.
ol. ſuccin. ſcrup. ß.
ſal. volat. ſuccin. gr. v. M. F. *Balſam.*

Balſamus ſomniferus.

℞. Ol. Nuciſtæ, drachm. ij.
extract. croc. gr. xv.
opii crud. gr. vj.
ol. deſtill. rut.
caryophyll. an. gutt. iiij.
expreſſ. hyoſciam, q. ſ.
M. F. *Balſamus* ſomnif. temporibus illinien

Balſam. in affectibus ventriculi.

℞. Ol. N. M. expr. dr. iiij.
Extract. acori,
angelic. an. gr. xv.
Ol. deſt. menth. ſcrup. ß.
aneth.
macis,
caryophyll. an. gutt. v.
coct. abſynth. q. ſ.

M

M. F. *Balſ.* die Hertzgrube und Magen damit zu ſtreichen.

Balſ. carminativus.

℞. Pingved. caſtor. drachm. j.
Sperm. ceti rec.
Balſam. aurant. an. ſcrup. j.
Zibeth. gr. viiij.
Ol. deſtill. carvi, gutt. xij.
menth.
chamomill. an. gutt. xv.
Extract. Nuciſt. drachm. ij.

M. F. *Balſamus*, inungendus umbilico, & ventri infimo, &c.

nimentum Saturni ſ. plumbi compoſitum, ſeu Linimentum de amianto, B. de B.

℞. Amiant. unc. iij.
Plumb. uſt. unc. xij.
Tut. præp. unc. ij.

Calcinentur, deinde pulveriſata macerentur c. acet. ac quotidiè per menſ. materia agitetur ſemel: poſt menſem ebullienda eſt unius horæ quadrante, ac quieſcere ſinitur, donec clareſcat. deinde

℞. Aceti hujus clari,
Ol. roſac. ana,

Miſc. optim., donec F. *Linimentum.* Miracuſum eſt, ad tineam puerorum, & ad ulcera tibiam ſananda. Inungitur ſcil. pueri caput totum l ſcabiem; Ulcera veſperi inunguntur.

Linimentum dentifricium.

℞. Rad. ireos, drachm. j.

Pumic. dr. iß.
Alum. uſt. unc. ß.
Oc. cancr.
Corall. r. ana, dr. j.
Pulveriſata excipiantur melle roſato,
F. *Linimentum.*

Ungventum C. C. anodyn. G. S.

℞. C. C. Dimidium minutim inciſum pona
in cacabo vino pleno, addito ſemper vi
q. ſ. bulliant ad vini conſumptionem. I
inde abjecta craſſiore C.C. parte, medulla
manens fricetur manibus, adde poſteà
Ol. ab rotan.
hyperic.
aneth.
Scorpion.
lumbric. terr.
Nucum,
Laurin.
Rut.
Spic.
Sabin. ana, unc. iß.
Axung. human. unc. ij.
caſtor. dr. ij.
Nitri, dr. iß.
M. F. l. a. Ungv.
Summe prodeſt in doloribus ſcorbuto-colic
atrocisſimis, aliisqve torminibus.

Ungventum butyraceum nervale
S. C. ex Ph. Schr.

℞. Her

℞. Herb. abſynth. virid.
Majoran.
Siſymbr.
Hysſop.
Meliſſ.
Calamenth.
Orig.
Baſilic.
Hyperic.
Rut.
Calend.
Sabin.
Tanac.
Artemiſ.
Abrotan.
Flor. Chamomill.
melilot.
hyperic.
betonic.
agrimon.
cent. min. ana, mj.

Concidantur minutim & in magno fictili bull. butyr. Majal. ℔vij.
Spir. vin. ℔vj.

Percoctis herbis & conſumpto ſpir. vin. exprimantur per torcular & coqvantur ſimul cum butyro, admiſcendo ſucci nicot. depurat. ℔ij.
Thereb. lot. ℔j.
Ceræ, unc. vj. F. *Ungv.*

Valet ad omnes affectus frigidos nervorum aſmum Cynicum præſertim ſi ſpondyli cervicis

 & par-

&partes illæ qvæ movent musculos faciei eo in-
gantur, si verò totum pectus & cartilago Xyph-
tes, tunc sedat singultum, tuncqve sic præscribi

℞. Balſ. Peruvian. dr. j.
Butyrosi nostri, unc. ij.
Spir. vin. unc. j. M. omnia ad exhalation
usqve spir. vin.

Ungventum Cordiacum, Hertzgespann-Salb.

℞. Herb. Cordiac.
Chamædr.
malv.
Senec.
Jaceæ,
amar. dulc.
Scabioſ.
ſemperviv.
morſ. gallin. ana, mij.

Incidantur & coqvantur in ℔viij. butyri
centis, ad consumptionem aqvositatis, de
exprimantur, & F. *Unguentum.*

Freqventis usus est in affectu infantum, qve
Cardiacam, Hertzgespann/ appellant. Frica
eo hypochondria & locum cardiæ, &c.

Ungventum Cordiale.

℞. Ungv. roſ. opt. loti, unc. iij.
Balſam. apoplect. ſcrup. j.
Ol. Nucist. expreſſ. drachm. j.
still. cort. citr. ſcrup. ß.
cinam. gutt. v.
roſar. gutt. vj. M. opt

M. optimè.
rroborat Balsamum vitæ, langvidisqve viribus
venit, Cordi inunctum.

Ungventum therebinthinæ, vulgò Eyter-Sälbgen.

℞. Therebinth. ℔ij.
Vitell. ovor. Num. vj.
Mastich.
Myrrh.
Oliban. ana, unc. j.
F. *Ungventum.*
vulneribus generationem puris promovet.

Ungventum Viride potabile, Butyrum viride.

℞. Herb. Salv.
hyssop.
prassii,
Menth.
Betonic.
Scolopendr.
Scabios.
Cichor.
Fœnicul.
Meliss.
Veronic.
Matrisylv.
Aqvileg.
Rut.
Petroselin.
Millefol.
Cent. min.

Herb. Agrimon.
Ariſtolochiæ rot.
plantag. c. toto ana Mij.
Butyri majal. ℔viij.

Infunde herbas omnes recentes ſuo qvamli[bet]
collectionis tempore in butyro, ſtentqve do[nec]
omnes collegeris & infuderis, poſteà exprime;
preſſum coqve ad conſumptionem aqvoſitatis
l. a. *Ungventum.*

Vires: Expetitur à Vulgo, aſſumiturqve ad ſa[n]gvinem coagulatum reſolvendum, dolo[res] leniendos, pulmonum mucilaginem dem[ul]cendam & expellendam. Qvin & extr[in]ſecus ad dictos affectus adhibetur.

Balſamum apoplecticum Crollii.

℞. Ol. Nuciſt. expr. unc. ij.
Ambr. gryſ. dr. ij.
Moſch. opt. dr. iß.
Zibeth, dr. iiß.
Ol. cinnamom. ſcrup. ß.
majoran.
lavend. ana, dr. ß.
caryophyll. gutt. vj.
ſuccin. gutt. viij.

Cum balſamô Indicô, q. ſ. F. *Balſamum.*

Al.

℞. Confect. anacard. dr. ij.
Ol. ſuccin.
Lavendul. ana, gutt. iiij. l. v.
Zibeth. ſcrup. ij.

M. I

M. F. *Balſam.*

Confortat caput, frigidosqve humores diſcutit, eoqve in Apoplexiâ, Syncope, Paralyſi, & ſimi-us affectibus convenit, naribus inditus, vel qvo odo applicatus.

N. Non omnibus milieribus ob ſvavitatem commodè adhibetur.

Balſamus Bezoardicus
In peſte, aliisq́ morbis contagioſis.

℞. Ol. Rut. deſtill.
Citr.
Angelic. ana, ſcrup. ß.
Succin. rectific. gutt. v.
Camphor. unc. iij.
Ol. Nuc. moſchat. expreſſ. unc. ß.
M.

N. Oleum nuc. moſchat. lavetur Aqq. rutæ, ngelic. Citri. &c. donec fiat album.

XXIX.

Emplaſtra a *Cerotis* differunt, ut ungventa a inimentis, ſola nimirum conſiſtentia. Raro nova mplaſtra magiſtraliter in officinas transſcribunur: Si qvando tamen Emplaſtris opus eſt in affectius ſpleneticis, ſtomachicis, uterinis, &c. ſumunur aut officinalia Emplaſtra malaxanda pro lubitu um olei appropriati quantitate ſufficiente, aut puleres, tanqvam Baſis, excipiuntur gummatibus, caendo, qvantum fieri poteſt, nimis viſcida & pinvia, ut & ipſam ceram, qvæ alias conſiſtentiam mplaſtrorum qvam maxime inodorari ſolet; Pro-

 portio

portio communiter hæc esse solet, ut ad unā part pulverum addantur oleorum part. iij. resinæ . therebinthinæ part. vj. ceræ v. partes xij. Absc cera qvidem, sed non absqve pulveribus, fieri p sunt emplastra, qvalia sunt polychresta Saturni qvæ fiunt ex sapone, ol. comm. & pulveribus q buscunqve Saturninis, non omissis oleis destilla In affectibus spleneticis præscribitur Emplastru ad unc. iß. in hepaticis, uterinis, & ventriculi fectibus, unc. ij. In genere conveniunt Emplas in tumoribus duris resolvendis aut emolliendis, v neribus aut ulceribus conglutinandis & consc dandis.

Nota:

(1.) *Compositio Magistralis*, **das von neue muß gemachet werden**; *Compositio ve Officinalis*, **das die Apothecker schon** *Officinis* **haben/ und nicht von neue dürffen machen und** *componiren.*

(2.) *Malaxare in Emplastris denotat idem, qv miscere.*

(3.) *Cerota qvid. m. sunt Emplastra, sed liqvic ora Emplastris.*

(4.) *Hoc loco per olea intelliguntur non Olea d stillata, sed Olea infusa & cocta.*

(5.) *Oleum olivarum plerumqve etiam ad Em plastra loco aliorum Oleorum sumitur.*

Emplastrum contra hernias scrotales.

℞. Emplastr. Saturnin. un. ß.
Gumm - Galban. Drachm. ij.
Extract. symphit. maj. Extr.he

Extract.herniar. an. dr. j.
ol. hyperic.
picis liqvid. an. q. ſ.
M. F. *Emplaſtrum* inducendum alutæ.

Emplaſtrum vulnerarium in genere.

℞. Ol. olivar.
Lithargyr. contuſ. an. ℔j.

Coqvantur ad debitam conſiſtentiam ſpiſſam, nec nonnihil colorem obſcurum contrahant, ac ſucceſſive inſperge
Aloës ſuccotrin.
Myrrh. an. unc. iijß.

Agitata ab igne remove, & adde tandem camphoræ in ol. hyperic. ſolut. unc. jß. Mixta iterum impingantur in Emplaſtrum, in veſica oleo illita ſervandum.

Emplaſtrum ſtomachicum.

℞. Granor. maſtich. elector. dr. vj.
diſſolve in Spir. vin. ſuper. ign. & add.
Balſam. Peruv. ſcrup. j.
ol. abſynth. deſtill. ſcrup. ß.
N. M. expr. dr. ß.
M. F. *Emplaſtrum*, induc. alut. ut fiat *Scutum ſtomachale* pro adulto, D. S.
Magen-Pflaſter.

Vel:

℞. Empl. de cruſta panis unc. ij.
malaxentur cum
Ol. deſtill. menth.
Maſtich. an. q. ſ.

M. F.

M. F. *Scutum* ſtomachale, inveſtiendum in ſyndone rubra.

Emplaſtrum ſpleneticum.

℞. Emplaſtr. de cicuta, vel Emplaſtr. hyoſc. unc. jß.
Malaxetur c. ol. capparum, vel philoſ. ve- ſtorei, q. ſ.
M. F. *Emplaſtr.* inducatur alutæ in forma ob- ga, S. Miltz-Pflaſter.

Empl. contr. hernias ſcrotales.

℞. Emplaſtr. Saturnin. unc. j.
Gumm. galban. acet. ſqvillitic. ſolut.
Extr. ſymphit. maj.
herniar. an. dr. ij.
Balſam. Peruv. dr. j.
ol. hyperic. q. ſ.

M. F. *Emplaſtrum* applicandum c. aluta ſuper- ducta ſyndone, loco prius uncto Balſam. ſul- phur. c. ol. hyperic. confecto, vel ſolum ol. hy- peric. c. ſubligaculo tunc applicatur.

Emplaſtrum in Arthritide, & tumoribus duris glan- dularum, & in ipſo Morbo Gallico.

℞. Emplaſtr. ſpermat. ranar. unc. ij.
Minii,
Mercur. dulc. an. dr. j.
ol. expr. hyoſciam. q. ſ.
M. F. *Emplaſtrum.*

Emplaſtrum mirabile.

℞. Gumm. Galban.
Oppoponac. ana, unc. j.

Gum

Gum. Ammoniac.
Bdellii, ana, unc. iß.
Lythargyr. ℔ß. (i. e. unc. xij.)
Rad. ariſtoloch. long.
Lapid. calam.
Myrrh.
Oliban., ana, unc. j.
Ol. maſtich. coct.
roſar.
laur.
chamomill. ana, unc. j.
philoſoph.
ſpic.
petræ, ana, unc. ß.
juniper. ex baccis, unc. j. & dr. ij.
lini, unc. v.
olivar. unc. viij.
Therebinth. Cypr. unc. iiij.
Cer. citrin. ℔iß. Emplaſtrum ſec. art.

Egregium Emplaſtrum.

℞. Emplaſtr. ſtict. unc. ß.
Oppodeldoch, drachm. iij.
de ammoniac. dr. ij.
Malaxentur ol. lumbric. vel melilot. conſolid. maj. l. chamomill.

Emplaſtrum ſticticum Crollii, ex Ph. Schr.

℞. Minii,
Lap. calam. ana, ℔ß.
Lithargyr. auri & arg. ana, unc. iij.
Ol. lini,

Ol. Olivar.

Ol.olivar. ana, ℔iß.
laurin. ℔ß.
Ceræ,
Colophon. ana, ℔j.
Vernicis,
Therebinth. ana, ℔ß.
Gumm. oppoponac.
Galban.
Serapin.
Ammoniac.
Bdell. ana, unc. iij.
Carabe citrin.
Oliban.
Myrrh. Alexand.
Aloës epatic.
Ariſtoloch. long.
rotund. ana, unc. j.
Mum. transmar.
Magnetis,
Hæmatit. ana, unc. iß.
Corall. alb.
rubeor.
Matr. perlar.
Sangvin. Dracon.
Terr. medicat. Strigenſ.
Vitriol. alb. ana, unc. j.
Fl. antimonii,
Croc. Mart. ana, unc. ij.
Camphor. unc. j.

1.) Gummata 5. ſolvantur & depurentur ſolven
in aceto, exprimendo & rurſum inſpiſſando.

2.) Ol

Oleo lini & olivarum admiſceatur lithargyrium utrumqve, coqvendo & agitando, donec oleum coloretur; poſteà addatur lapis calaminaris, & paulo poſt, minium. Coqvantur ad ſufficientiam, (horas duas) cujus proba eſt, ſi ſupra ungvem gutta concreſcat & condenſetur.

Tandem addatur circa finem, Vernix, Oleum Lauri, Cera, Colophonia; Omnibus benè mixtis & liqvefactis affunde ſucceſſivè gummata liqvefacta, diligentiqve agitatione miſce, idqve calore lentiſſimo, (cave, ne bulliat,) poſtea admiſce pulveres: ultimo Camphora reſoluta in oleo Juniperino addatur.

Si forte nimis durum eſſet, addatur adhuc aliqvid ceræ & colophoniæ. (præſtat therebinthina.) Proba juſtæ decoctionis hæc eſt: Guttulæ aliqvot frigeſcant, (in aqvam ſcilicet frigidam ſtillatæ, vel ſupra tabulam metallicam,) hæ refrigeratæ ſi digitis adhæſerint nimis molles, ſignum eſt imperfectæ coctionis, coqvatur igitur ulterius ut dureſcat. Tum affunde in frigidam, ac malaxa benè (hor. 3. vel 4.) manibus inunctis oleo ex chamomæl. roſar. juniper. lumbric. hypericon. ana.

Prodeſt contra inveterata ulcera & vulnera recentia, conſolidando, mundificando, putredinem [...]endo; Matureſcere facit apoſtemata cuncta.

Emplaſtrum Oppodeldoch, ſecundum Fel. Würtz.

℞. Ceræ Virgin. ℔ij.
 Therebinth. ℔j.

Ol.

Ol. com. unc. iiij.

His liqvefactis adde

Succi chelidon.

Fol. qverc.

alchimill.

veronic. ana, unc. iß.

Coqve ad consumptionem humiditatis,
admisce

Gumm. cum. acet. depurat. & inspiss.

Ammoniac.

Galban.

Opopon. ana, drachm. vj.

Colophon. unc. iß.

Succin. unc. ß.

Mastich.

Myrrh.

Oliban.

Sarcocoll. ana, drachm. iij.

Omnibus benè mixtis & paululum refriger
adde agitando

L. Hæmat. præp. unc. iß.

Croc. Mart. unc. ij.

Vener. unc. j.

Tut. præp. unc. iij.

Lapid. calamin. unc. x.

Tandem in fine admisce

Terræ Vitriol. edulcoratæ, q. s.

ad colorem brunnum i. e. purpureum con
liandum.

F. *Emplastrum.*

Easdem vires ac applicationem cum stictii
Crollii obtinet.

N. Th

Therebinthinam addere præstat ante pulveres.

Emplastrum Oppodeldoch Paracelsi,

℞. Gum. Galban.
Oppopon. ana, unc. iij.
ammon.
bdell. ana, unc. j.

Macerantur per 8. vel plures dies in Acet. destill. cola & inspissa ad consistent. mellis: dein

℞. Lithargyr. pulv. ℔ß. (alii ℔iß.)
Ol. comm. ℔iß.

Coqve lento igne continuo agitando, donec fuscum sive spadiceum colorem acqvirat: hinc adde:

Ceræ, ℔j.

Qvâ liqvefactâ, immisce etiam superiora gummata, & paulò post

Ol. laurin. unc. iij.

Move diligentissimè, donec nimirum omnia exactissimè fuerint mixta, remove ab igne, adde

Croc. Mart.
Mum. transmar.
Magnet. præp.
Magist. Corall. alb.
rubr. ana, unc. ß.
Lapid. calam. præp.
Myrrh. rubr.
Thur. masc.
Mastich.

Rad. ariſtoloch. rot. ana, unc. ij.

Infunde pedetentim in liqvefactum Emplaſt[illegible] omniâ exactê miſcendo:

poſtremo

℞. Balſam ſuccin. drachm. j. (ol. craſſior.)
Ol. laurin. unc. j.
Therebinth. unc. ß.

M. & liqvefac ſeorſim, ſolve in eodem
Camphoræ, drachm. ij.
& tandem Croc. or. drachm. ß.

Solutionem hanc ſeorſim factam, cum Em[illegible] ſtro calido miſce exactiſſimè, ut fiat Emplaſt[illegible] qvod malaxa oleo hypericonis.

Curat omnia vulnera, punctim & cæſim i[illegible] cta ſine omni pure. Excreſcentiam carnis imp[illegible] ejus tantum, qvantum opus eſt producendo; [illegible] cera antiqva prius mundificata ſimiliter curat.

N. Si fortius deſideras & ad ſananda corro[illegible] tia ulcera proficuum

℞. Croc. metallor.
Colchotar.
Mercur. per ſe præcipit. ana, q. v.

Miſc. pulveriſando, atqve pulveris h[illegible] drachm. ß. miſce ad liqvefacti Emplaſtri unc. ß[illegible] peraddendo aliqvid Therebinthinæ.

Al. Emplaſtrum opodeldoch ap. D. D. Mindereri [illegible] *Pharmacop. Auguſtan. p. m.* 520. - - 523.

Emplaſtrum ſtomachicum.

℞. Emplaſtrum de cruſtâ panis, unc. ij.
Malaxentur cum

Ol. deſtill. menth.
maſtich. ana, q. ſ.
M. F. Scutum ſtomachale, inveſtiendum in ſin-
e rubra, D. S. Magen-Pflaſter.

Al.

℞. Emplaſtr. de cruſtâ panis,
bacc. lauri, ana, q. ſ.
Malaxentur ol. menth. deſtill. & induc. alutæ, F.
tum ſtomachale, pro adulto, D. S. Magen-
aſter.

Al.

℞. Granor. maſtich. elect. drachm. vj.
diſſolve in ſpir. vin. ſuper ignem, & add.
Balſam. Peruv. ſcrup. j.
Ol. abſynth. deſtill. ſcr. ß.
Nuc. moſchat. expreſſ. dr. ß.
Ceræ & Therebinth. ana, parum,
M. F. *Emplaſtrum*, induc. alutæ, ut F. ſtomacha-
ro Adulto, D. S. Magen-Pflaſter.

Emplaſtrum de baccis lauri.

℞. Thuris,
Maſtiches,
Myrrh. ana, unc. j.
Baccar. lauri, unc. ij.
Cyperi,
Coſti, ana, unc. j.
Olei laurini,
Therebinth. venet.
Ceræ citrin. ana, unc. ß.
Mellis deſpumat. q. ſ.

F. *Emplaſtrum.*

Ventriculi, inteſtinorum, jecoris, renum, ve
uteri & partium aliarum dolorem à flatibus,
frigida intemperie ortum ſanat. Si verò ſte
capræ aut vaccæ ſiccum pondere omnium adji
ad hydropem, aſcitem, ac tympanitem fit mira
ſed tum augendum eſt Mellis pondus.

N. Thus, Maſtiche, Myrrha, Baccæ Lauri,
perus, Coſtus, ſubtiliſſimè pulveriſata ve
ta cum melle calido ſ.q. ad Emplaſtri form
impaſtari debent, qvibus demum adjun
da ſunt Oleum Laurinum, Therebinth
cera citrina invicem liqvata.

Emplaſtrum de cruſtâ panis,

℞. Pulv. maſtich.
myrrh.
menth.
Nuc. moſchat. ana, unc. ß.
Roſar. rubr. unc. j.
Caryophillor. drachm. iij.
Cruſtæ panis toſtæ & in acetô roſar. ad
taplaſmatis conſiſtentiam coctæ, unc
Therebinth. clar., in qvâ Styrac. Calam.
ß. diſſoluta ſit, unc. ij.
Olei maſtich. unc. j. l. q. ſ.
Ceræ flavæ & novæ, unc. j.
M. F. *Emplaſtrum.*

Nota, qvod loco olei Maſtichis Balſamus Ind
ſubſtitui poſſet, qvi inſigniter ventricu
roborat.

Confert ad vomitum puerorum, ac iis, qvi cil
retinere neqveunt, prodeſt. *Em*

Emplaſtrum ſtomachicum de Tacamahaca.

℞. Tacamahaca, unc. iij.
Storac. unc. j.
Ambari momentum.
F. *Emplaſtrum* c. oleo appropriato aliqvo, v. g. ſtiche, &c.

Emplaſtrum eſt ſtomacho longe utilisſimum, idem roborat, appetitum ciet, concoctionem at, & flatus diſcutit.

Emplaſtrum cephalicum.

℞. Reſinæ pin. unc. ij.
Ladani,
Myrrh.
Maſtich. ana, dr. vj.
Gumm. Tacamahac.
Galban.
Opopon. ana, unc. ß.
Viſc. tiliæ, dr. v. ſcr. ij.
Sem. pœon. mar. dr. ij. ſcr. ij.
Cubebar. ſcr. iiij.
Ol. ſuccin.
nuciſt. ana, dr. ß.
Gummatis in acet. diſſolutis, F. ſ. a.
Emplaſtrum, addendo Therebinth. unc. iiß. M.

Capitis catarrhos exſiccat, *it:* corroborat, proin fert in Apoplexia, Epilepſia, vertigine, &c.

Emplaſtrum ad fontinellas.

℞. Ceruſſ.
Lithargyr. ana, unc. vj.
Ol. roſar. ℔j.
Aqv. roſar. unc. viij.

 Coqve,

Coqve, in fine adde ceræ alb. unc. iiij.

F. l. a. *Emplaſtrum.*

Arcet inflammationem.

Emplaſtrum Gummatum Paracelſi.

℞. Gummi Serapin.
Bdell.
Opoponac.
Galban. ana, unc. j.
Solve in acet., cola, colaturæ adde
Maſtich.
Thur. maſc. ana, dr. iij.
Ceræ albæ, ad pondus omnium,

F. *Emplaſtrum.*

Mundificat vulnera, & conſolidat, diſcutit[...] mores.

Emplaſtrum mundificativum.

℞. Ceræ ℔j.
Reſin. alb. unc. iiij.
Terebinth. Laric. unc. j.
Ol. bufonum
Scorpionum, ana unc. ij.
Styrac. liqvid. drachm. vj.
Succ. expr. chelidon. unc. iv.
Ariſtoloch. rotund. unc. ß.
Gummi ammon. in aceto ſolut. & inſpi[...] unc. iß.
Myrrh.
Sarcocoll. ana drachm. j.

F. l. a. *Emplaſtrum.*

Mundificat vulnera venenata ac fiſtuloſa. *Har[...] in Pract.*

X.

XXX.

ormularum, qvæ pro baſi agnoſcunt pulveres, ien claudunt *Potiones*, qvæ ſi ad unam doſin præ-
ountur, vocantur *Hauſtuli*, qvorum qvantitas
dr. vj. ad unc. j. Sin vero ad plures doſes ordi-
tur, & in ſpecie appellantur *Potiones* ſive *Mix-*
; haud temere excedunt unc. iiij. niſi in talia
cantur loca, in qvibus nulla reperiuntur phar-
opolia, tunc enim ad unc. vij. vel viij. aſcende-
cet. Pulveribus junguntur præter Aqvas deſtil-
s, qvæ Excipientis loco ſunt, juxta exigentes in-
tiones Spiritus, Eſſentiæ, Elixiria, Tincturæ, Ex-
ta, ut & Olea deſtillata, Salia fixa & Salia vo-
ia; obſervando tamen circumſpecte, qvæ dicta
in genere, ne talia jungantur, qvæ aut ſe invi-
